This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



600011698V

29
542.

1830

THEOLOGUMENA

AESCHYLI TRAGICI.

EXHIBUIT

RUDOLFUS HENRICUS KLAUSEN.

PHIL. DR.

BEROLINI

IMPENSIS GE. REIMERI.

1829.

542.

BIBLIOTHECA·BODLEIANA·

THEOPH. ERNESTO KLAUSEN

PATRI,

IA. CHR. RUD. ECKERMANNO

AVO,

COMMUNI DIE NATALI

DIE SEXTO MENSIS SEPTEMBRIS

HUNC LIBRUM OFFERT

FILIUS.

Παῖδες γὰρ ἀνδρὶ κληδόνες συνήφοιν.

Aesch. Ch. 505.

Rei, quam diligimus, hominum optamus amorem, neque ullius magis, quam eorum, quos amamus. Versatur hic libellus in re aestimatione et amore dignissima, quo si carebit, id mea culpa continget: Vos, qui me amatis, culpam ignoscetis: Vestrum igitur amorem operi meo non defuturum esse scio.

Ne tamen amori nimis confisus esse videar, ne, si quid peccatum est, id ab incuria repetatur, ne quis locorum, quos designavi, multitudinem vel temere vel affectationis causa conscriptam esse opinetur: operis instituti rationem, quam Vobis et omnibus, qui accurate locos inspicient, ipsum librum redditurum esse scio, publice profitebor. Id mihi agendum erat, ut ostenderem, quaequae dixerit Aeschylus in omnibus quae de eius scriptis supersunt, fluxisse ex una eademque ratione, qua res divinas et humanas contemplatus sit. Itaque enque ullus eorum quos citavi locus mihi omittendus erat, et ita loci omnes

ubique adornandi, ut appareat: easdem in omnibus tragoediis, quae licet diversissimae videantur, sententias pronuntiavisse poetam. Tum sicut omnia et breviter et perspicue et graviter dixit Aeschylus, ipse brevitati et perspicuitati omnem dedi operam earumque leges observavi, tum ubi Graeca verba retinui, tum ubi verti ea in Latina: dolens magis, quod interdum interiit orationis concinnitas, quam anxie hoc evitandum esse existimans.

Fretus igitur cura et diligentia, quam operi coepto dicavi, Vobis librum trado. Vos si divinae illae deorum, quos adoravit Aeschylus, imagines delectaverint, mihi continget voluptas ea ipsa non inferior, quam percepi, cum eas a maculis errorum et dubitationis, quibus obrutae erant ab interpretibus, liberarem. Utinam hoc et omni, quod suscepturus sum, opere Vos juvare mihi liceat ea voluptate, qua nullam magis diligitis, quam a nemine certius, quam a me, exspectatis.

Aeschyli mores: theologumena: unde ea cognoscamus: unde ipse ea hauserit Aeschylus.

Caput primum. De natura deorum.

1. Quid nomine dei significaverint Graeci.
2. Deorum natura et mores.
3. Divina rerum humanarum gubernatio.

Caput secundum. Dii singuli.

I. Regnum Telluris.

4. Describuntur regna mundi. Tellus omnium genitrix.
5. Numina antiquissima: Nox, Parcae, Furiae. Coelus, Titanes: Atlas, Typhon, Prometheus: Saturnus. Telluris filius nascitur Jupiter. Themis.
6. Rationem, quae inter Jovem et Saturnum intercedit, gubernant Parcae et Furiae.
7. Explicantur voces *ἀνάγκη*, *πεπρωμένον*, *μόρσιμον*, *αἶσα*, *πότμος*, *μέλλον*, *νέμεσις*.
8. Furiae.
9. *Ἀλάστωρ*, *δαίμων*.
10. Tellus mala cohibens, Tartarus; Orcus, Mors.
11. Heroes.
12. Tellus mortuorum regina, hominum mater, Phoebe.

II. Regnum coeleste.

13. Jupiter, Jovis imperium.
14. Jupiter, rex deorum.
15. Jupiter res humanas gubernans.
16. Juno.
17. Venus.

18. Ceres: mysteria.
19. Diana: Luna.
20. Mercurius.
21. Vulcanus.
22. Minerva.
23. Apollo: Sol.
24. Bacchus.
25. Mars, Justitia.
26. Pan, Fortuna, numina inferiora et peregrina.

III. Regnum aquarum.

27. Neptunus.
28. Nymphae, Oceanus, fluvii, dii marini.

Caput tertium. Dii in fabulis agentes.

I. Prometheus.

29. Fabula de Prometheo.
30. Prometheus vinctus.
31. Prometheus solutus.
32. Prometheus ignifer.

II. Orestea.

33. Trilogiae conspectus.
34. Agamemnon.
35. Choephoroe.
36. Eumenides.

III. Fabulae reliquae.

37. Septem adversus Thebas.
38. Supplices.
39. Persae.
40. Psychostasia.

THEOLOGUMENA

AESCHYLI TRAGICI.

Διαφέρει δὲ θεὸς ἀνθρώπω ἀγαθῷ, ὅτι θεὸς μὲν οὐ μόνῳ εἰλικρινῆ καὶ διυλισμέναν ἔχει τὰν ἀρετὰν ἀπὸ παντὸς τῶ θνατῶ πάθεος, ἀλλὰ καὶ τὴν δύναμιν αὐτᾶς ἄτρυτον πέπαται καὶ ἀνυπεύθυνον, ὡς πρὸς αἰωνίων ἔργων σεμνότητά τε καὶ μεγαλοπρέπειαν· ἄνθρωπος δ' οὐ μόνον τῷ θνατῷ τῆς φύσεως καταστάματι μείονα ταύτᾶν πέπαται, ἔστι δ' ὅκκα καὶ δι' ἀγαθῶν ἀμετρίαν, καὶ διὰ συνήθειαν ἰσχυρὰν, καὶ διὰ φύσιν μοχθηρὰν, καὶ δι' ἄλλας αἰτίας πολλὰς, ἀδυνατεῖ κατ' ἄκρας γεννᾶθῆμεν παναλαθέως ἀγαθός.

Archytae fr. apud Stob. I, 73.

Aeschylus Euphorionis filius, vir Eleusinius, frater Cynegiri et Aminiae, natus, ut videtur, Ol. 63, 4, obiit annum agens septuagesimum Ol. 81, 1. Clarissimae, quas de barbaris victorias reportaverunt Graeci, in hanc aetatem incidunt, et ipse Aeschylus strenue neque vulnerum expers pugnavit in proeliis ad Marathonem, Artemisium, Salaminem, Plataeas: fratre Cynegiro, Miltiadis in imperio collega, in fortissimo conatu, cum post pugnam Marathoniam classem Persarum aggrederetur, interfecto *a*), fratre Aminia summam virtutis laudem in pugna Salaminia adepto et propterea, ut videtur, in honorem jure gentilicio in pagis Pallena *b*) et Decelea *c*) donato. Generis erant nobilis, moresque et sensus, qui solent esse nobilium, ipse Aeschylus fovebat et professus est *d*). Propterea in factionibus Atheniensium civilibus stabat a parte Aristidis, eiusque laudem extollit, non disertis verbis, sed innuens ratione satis perspicua, tum ubi stragem in Psyttalea insula ab illo barbaris illatam celebrat (P. 441—471), quam pro summo malo habet, quo Persae profligati sunt (436), tum ubi

---

a) Herod. VI, 114. *b*) Herod. VIII, 93. *c*) Plut. Them. 14.
d) Pr. 887—893.

in proelio Plataeensi, quo Aristides Athenienses duxit, acerbissimam agnoscit ultionem, qua Persas dii irati puniverint, P. 807—824; denique ubi justitiam erga hospites exercendam commendat, ne bellum excitetur, S. 701; significans, ut videtur, mutationem aequissimarum conditionum, quibus Aristides socios cum Athenis conjunxerat *e*). Eandem morum rationem videmus ubi Areopagi sanctitatem extollit, adversatus Ephialti, qui ejecturus sit ex urbe, quidquid per saluberrimum legis timorem injurias cohibeat (*τὸ δεινὸν πᾶν πόλεως ἔξω βαλεῖν* E. 691—706). Etenim compositus est Areopagus a Minerva ex electis civibus optimis (*κρίνασα ἀστῶν τὰ βέλτατα* E. 487.) pro quibus quin Eupatridas habuerit Aeschylus Eupatrida, vix dubitari potest. Ita etiam apud Aristophanem probat antiquos Atheniensium mores, cum nemo de plebe (*πάραλος*) magistratibus contradicere ausus sit (Ran. 1072.). Et ut hoc honore a patribus tradito gaudebat virtutemque a patribus repetitam magni faciebat, ita quaequae magna et honesta patribus debebantur, ipsos patres et proavos, genus heroum a diis ortum diligebat et venerabatur. Itaque etiam sermonem antiqui moris amplitudine ornabat, ore magno loquebatur (Ar. Ran. 1060), placebat sibi in exhibendis quaequae ingentia erant ac sublimia, ut ingenio suo, quod aetatem suam amplitudine superabat, satisfaceret. Tamen quia in nulla re vanus erat et imbecillus, sed omni ratione validissimus, tenui nullo aegrotabat antiquitatis de-

---

e) Quid enim, nisi tale quidquam eius animo observabatur, mentione belli declarare voluit, cum Argivis potius ab aequitate, qua Danaides exceperant, bellum exspectandum esset cum Aegyptiis?

siderio; imo omni animo, omni amore fovebat quidquid magnum ab aequalibus perfectum invenit, summaque laetitia de victoriis clarissimis, quae non sine ipso erant reportatae, exsultabat et moribundus etiam de robore, quod ad Marathonem ostenderit, gloriabatur. Etenim non ab omni vehementia libera erat generosa indoles eius, quem cum turbine comparat Aristophanes, qui, ut solent viri magni, indignabatur de victoriis musicis sibi ereptis, qui magno odio aspernabatur, si quid malum et iners judicabat, ut Euripidis tenuitatem apud Aristophanem; qui Martis et Bacchi ardore agitabatur, qui denique ebrius tragoedias fecisse perhibebatur. Modo ne hoc vere dictum opineris. Ipse enim eam solum probabat vitam, quae neque a domino premeretur, neque licentiae se committeret (τὸ μήτ' ἄναρχον μήτε δεσποτούμενον E. 696): ipse fervorem suum moderatione et vinculis coercebat, neque maior est in ipso ardore et vehementia, quam in sapientia, qua se ipsum cohibebat et continebat. Propterea generosam illam et ingentem sibi finxit Promethei atrocitatem, in qua suae ipsius indulgebat vehementiae, sed sibi pariter ac Prometheo legem imposuit, omniaque jura libertatis humanae inferiora esse intelligebat jure et arbitrio divino.

Majora quam quae in proelio Marathonio cum Atheniensibus fecit Aeschylus, vix unquam gesta sunt in orbe terrarum. Et tamen horum omnium auctores agnoscit esse deos, humanas res esse tenues, esse infirmas. Vides, cur ad deorum mores, deorum facta exhibenda confugerit. Hos vitam vivere sibi cogitabat alacrem, integram, ab omni imbecillitate liberam: horum mores et virtutes ei satisfaciebant. Quisquis deus est, utitur jure certo, integra libertate solus gaudet Jupiter; Jovis est summum jus, summa

libertas: sed suum etiam jus est cuivis deo reliquo, quippe quod a Jove, qui omnia distribuit, ei sit concessum. Hoc jure quivis utitur, diversa quidem ratione, quia naturam habent diversam: itaque eorum jura sibi invicem adversantur, dii inter se contendunt. Apparent vero jura deorum in rebus humanis, deorum certaminibus fatigantur mortales: sicut pugnis dominorum servi serviunt, ut regibus in bello civium corporibus uti licet. Quidquid mortalibus dii concedunt, merae debetur divinae clementiae, jure homines adversus deos nullo utuntur. Propterea cui sana mens est, is diis sine ulla mora obtemperat, deos pie veneratur, divinis moribus mores suos accommodat, juste agit: quidquid enim dii agunt, justum est, et justitia mortalem, tantum non quasi deus esset, servat incolumem. Qui vero justitiam aspernatur, is diis obsequium detrectat, libere enim agere vult suoque arbitrio; sed suo arbitrio mortali non est vivendum, omnesque hos seditiosos homines dii perdunt. Ita Jupiter agit, ita dii omnes. Bene scio me pronuntiavisse, quod aliis parum placebit, aliis de Aeschylo minus recte dictum esse videbitur: legant vero quae in hoc opusculo tum protuli tum indicavi ipsius Aeschyli verba, quae hoc testantur. Neque aliter sentiunt Sophocles, Pindarus, Herodotus: et ab his pietatem et religiosum animum nemo abjudicat: itaque eorum sententias, quae cum Aeschyli opinionibus concinunt, sive, licet quodammodo discrepent, sunt tamen earum similes, suis locis libro addidi, ut omnia, quae ad Sophoclis et Pindari cogitationes de superis intelligendas sunt necessaria, habeas collecta. Nemo vero tantopere extollit, tam perspicue exhibet omnem deorum rationem, quam Aeschylus, nemo tantum studii dicabat intuendis et adumbrandis deorum formis, nemo tanto

amore versabatur in cogitationibus de jure et libertate deorum, nemo uniuscuiusque dei tam certam et constantem sibi conformabat imaginem: cum Sophocles, poeta summus et perfectissimus, potius omni studio incumberet in explicandos et exhibendos sensus et rationes hominum, Pindarus vero, vir divinus et pius sed Aeschylo et Sophocle inferior, distraheretur variis, in quibus agebat, sacris, festis, occasionibus. Itaque non dubito contendere, in poematis Aeschyli, hominis Atheniensis, liberi civis reipublicae omniumGraecarum longe generosissimae, summum reperiri, quod polytheismus nancisci potest, dignitatis fastigium.

Verus enim est, qui in Aeschyli opinionibus apparet, polytheismus. Divinum quivis deus Olympius sortitus est honorem, licet pro natura singulorum hunc maiore, illum minore pietate veneretur poeta. Deorum vero multitudo sese ipsam perturbat et tollit, nisi stabile quidquam cogitatur, a quo omnes pendeant, cui omnem omnes debeant honorem. Hoc in fato, in extrema necessitate permulti reperiebant Graeci, in quam, id quod me legere memini, divinum numen transiens sese conservabat in hominum opinionibus. Aeschylo autem summus omnium rex, dominus, auctor est Jupiter, et quidquid in rebus divinis atque humanis fatale est, e Jovis repetendum est voluntate, a Jovis pendet arbitrio. Hoc est magnum aliquod, quod nemo Graecorum tam clare perspexit, tam diserte professus est, omnia quaequae sunt, posita esse in libero summi numinis arbitrio, neque pro hoc summo numine habendam esse anum quandam, quam hi Parcam dicunt, illi Providentiam, alii Necessitatem, quae nihil sunt nisi ex inerte allegoria profecta, in qua neque vita inest, neque virtus; sed indutum esse summum illud numen forma humana,

esse Jovem patrem, regem, dominum, cui certi essent mores, certae virtutes: eaeque summae summarum omnium. Videbimus enim summas numinum omnium naturas conjunctas in natura Jovis: videbimus summum eius fratrum bonorem in eo positum, videbimus divinam Apollinis sanctitatem, Minervae regiam sapientiam, Junonis severitatem, Vulcani comitatem, Bacchi violentiam, Martis robur, Veneris vim genitricem, Mercurii conciliatricem, Cereris et Dianae evocatricem, illius in segete, huius in animantibus, omnes non tribui solum a Jove, sed etiam in Jovis natura contineri.

Hae divino numine sunt dignissimae Aeschyli opiniones, neque ullus homo, qui eam libris sacris fidem non habet, quae iis debetur ab homine Christiano, quidquam poterit excogitare, quod divinius, quod verius dicendum sit, quam Aeschyli de Jove, de Minerva, de Apolline cogitationes. Sed unum fovebat Aeschylus errorem ingentem, communem Graecorum omnium, qui philosophorum perscrutationibus, quae poesin perturbabant et corrumpebant, non totos sese dederant. Ortum putabat Jovem patrem, fidem habebat fabulae antiquae, quae Saturnum a Jove eversum perhibebat. Quomodo cum cogitatione de Jovis justitia et cum sua ipsius pietate haec conciliaverit poeta, postea exponemus. Patet jam nunc, etiam hoc ei suffecisse, quod hoc certamine, hac Jovis victoria opus erat, ut ipsa vinceret justitia, quia justitia ipsa inest in Jovis natura, quia maiore Jupiter jure utitur, quam ipse Saturnus. Neque cur fidem detractaret huic opinioni, rationem habebat Aeschylus, quia, ut Graeci omnes, omnia apparere sibi persuaserat in rerum natura. Ibi omnia nascuntur, quidni natus esset etiam Jupiter? Matrem Jovis venerabatur Tellurem, matrem et nutricem omnium, et summa quidem pietate.

Erunt, qui dubitent, num omnino liceat haec e poeta tragico elicere, quippe qui non ipse loquatur, sed loquentes emittat personas. At quamcunque poeta tragicus procreat personam, sua ipsius quasi perfundit natura: in quavis inest aliquid veritatis. Itaque si alii in aliis fabulis homines idem profitentur neque similes eorum sunt mores: inde patet, quid ipse senserit poeta. Neque ita quidquam de rebus divinis dicitur apud Aeschylum, quasi in dubitationem possit vocari, sed profitentur id ut omnibus notum et de quo omnes consentiant. Potest quidem aliquid aliqua ratione verum esse et omnibus probatum, sed non omni ratione. Tum vero ipse alteram rationem addit Aeschylus, neque hoc neglexi. Praeterea eaedem de justitia, eaedem de virtute, eaedem de vitiis in diversissimis fabulis sententiae proferuntur. Et licet e nonaginta, quas Aeschylum scripsisse ferunt, septem tantum tragoediae sint servatae, jure tamen gratia est habenda Forti Fortunae, quod tam egregium earum instituit delectum. Vide enim, quantopere inter se differant argumenta: res Promethei, bellum Thebanum, bellum Persicum, res Danaidum, fata Pelopidarum, et haec in praestantissima trilogia exhibita. Adde fragmenta fabularum variarum, et concedes, ea, quae horum omnium sunt communia, et ea etiam, quae tum in hac tum in illa leguntur eadem diversis modis pronuntiata, sufficere, ut ex iis ea possimus elicere, quae revera statuerit poeta. Minus auctoritatis tribuendum est satyricis ludicris, quippe in quibus ipsa seria ludantur. Ex his vero perpauca exstant.

Non potuisse Aeschylum pie et religiose venerari deos Graecorum, nemo contendet, qui satis perspicit, quantum in iis insit divinitatis. Eum revera hoc fecisse, negari

non potest, modo probetur, decoram esse et honore dignam, qualem Aeschylus sibi finxerit, cuiusvis dei imaginem. Hoc probare conatus sum, ita exhibens singulas singulorum deorum naturas et rationes quibus conjunguntur, quales ipsi Aeschylo has obversatas esse existimo. Recordemini velim in omnibus cogitationum illarum, quas paucis philosophis exceptis, omnis fovebat Graecia, ipsos deos Graecos ultos esse Persarum superbiam et ignominiam ab iis sibi templisque illatam, quas cogitationes ex Herodoto cognoscimus, quas easdem profitetur Aeschylus. In magno enim discrimine agnoscit mortalis, licet impius, esse deos (P. 498): in magna clade deorum numen egisse intelligitur (Ag. 649): magnoque beneficio Graeci pariter ac Persae docebantur, a diis servari urbem Palladis (P. 347). Praeterea Aristophanes Aeschylum Cereris sacra venerantem opponit Euripidi, qui pro diis aetherem et linguae artes adorat. Num credibile est, Aristophanem, qui iratum impietati Euripidis exhibet Aeschylum (Ran. 1080), qui saepius Euripidem ludit ut qui nihil esse deos persuaserit hominibus (Thesm. 451), si eadem sensisset Aeschylus vel similia, hoc ne uno quidem verbo tetigisse? Quodsi nde petere vis argumentum, quod Eleusiniis plurimum tribuit Aeschylus, satis probasse Lobeckium *f*) respondebo, nullo modo posse statui, popularibus de diis opinionibus Eleusinia esse adversata, quippe quibus innumerabilis Atheniensium multitudo esset initiata, quibus initiari cuivis licuerit homini Graeco, quibus denique non esse initiatum, Athenis pro impietate habitum sit. At impietatis

f) De myster. Eleus. grad. I, p. 3. sqq. De spectat. myst. I, p. 20.

reus fiebat Aeschylus g). Scilicet nimia pietate et nimio studio in rebus mysticis versabatur, ut ibi etiam de iis diceret, ubi nefas erat: et quod hoc, quod nefas erat, commisit, id non ab impietate repetendum esse sed ab inscientia vel oblivione, tradit Aristoteles. Athenienses vero religiosissimi et superstitiosissimi Aeschylum jactis lapidibus erant necaturi: intercessit vero senatus Areopagi, poetam tuitus est, in jus vocavit, reum absolvit. Vides in his omnibus nihil esse, quod contra Aeschyli pietatem faciat, multa, quae eam tam probabilem reddunt, quantum requirere potest qui eam demonstrandam esse contendit: evincitur vero non his argumentis sed eo, quod ex ipsis verbis pietas resonat: argumento, cui qui fidem denegat, nescit, quomodo in poeta sit versandum.

Fontes, e quibus fabulas hauriret opinionesque de diis sibi fingeret, Aeschylus habebat tum sacra Attica tum poetas antiquiores. Cum sacris Atticis multa quae de diis gravissima profitetur, videbimus convenire, id quod non leve est pro eius pietate argumentum. In poetis varias de diis fabulas varie traditas neque concinentes invenit: itaque si fidem iis habebat, non poterat non perspicere, sensum quempiam subesse fabulis, qui nunc hac nunc illa forma posset declarari. Et hoc egregie perspexit: easque sibi fabulas elegit, quibus sensum optime indicari putabat, velut ubi Themidem pro Clymena Promethei matrem dicit. Alibi alteram servabat fabulam, sensum ex altera repetebat, velut ubi in theogonia exhibenda accurate sequitur

g) Quod Apsines rem ad Eumenides refert, id satis refellit Welcker. Tril. p. 110. not. 136.

induta cogitat [1]), pro numinibus *deos* agnoscit. Mente sese ipsum omnibus praestare intelligit, mentem ipsam divinam esse sentit, summum deum esse summam mentem: numinibus igitur divinis non potest non assignare mentem. Cum vero sibi persuaserit, apparere quidquid sit in rerum natura, jam habes rationes, quibus deos sibi fingat et conformet. In unoquoque deo innata est mens, formam habet humanam, apparet in natura. Itaque ei statuenda est species, quae conspici non possit oculis humanis, mente vero possit percipi [2]), et ita ut eam in imaginibus, in simulacris exprimere liceat. Cum forma humana necessario etiam mores, honor, munus unicuique deo assignatur, et jam in animo gentis, qualis Graeca erat, quae quidquid sibi finxit pro vero habebat, magis magisque dii sese liberant a forma terrena, marina, solaria, atque, ut deum humanum decet, libere moventur, sentiunt, agunt et amant.

Qua ratione cum omnes illae tribus diversae, e quibus gens Graeca antiquitus erat composita, rerum naturam et deos contemplatae sint, coeperunt denique, cum sedes singularum migrationibus turbentur, invicem sibi tradere deos, quos statuerunt: et ita magnus ille deorum Olympio-

---

1) Similes esse deos mortalibus natura et mente diserte dicit Pindarus N. VI, 5. *προσφέρομέν τι ἔμπαν ἢ μέγαν νόον ἤτοι φύσιν ἀθανάτοις.*

2) Siquidem ipsam etiam speciem humanam a corpore discernit Pindarus, corpus deletum iri bene sciens, formam quam a diis repetit aeternam existimans: *σῶμα μὲν πάντων ἕπεται θανάτῳ περισθενεῖ, ζωὰν δ' ἔτι λείπεται αἰῶνος εἴδωλον· τὸ γὰρ ἐστι μόνον ἐκ θεῶν.* thren. fr. 2.

rum senatus convocatur. Duodecim venerantur in Olympo principes, quibus omnia in rebus humanis et in rerum natura munera gubernanda tribuunt. Sed in his non acquiescunt, quidquid vigere percipiunt, in eo deum agere agnoscunt, id ipsum pro deo habent. Itaque una cum diis, qui e solis, terrae, reliquorum veneratione orti sunt, ipse sol, terra, res naturales coluntur: duplex vero eorum ratio cogitatur, tum naturalis forma servatur, tum ubi in summa vivendi et vigendi vi agere putantur, induuntur specie humana. Ita etiam Iustitia, Lex, Virtus, quin etiam Noxa, Pernicies, Discordia, Exsecrationes, quin etiam mera Distributio nunc pro rebus, pro viribus habentur, nunc certa quadam specie, quae humana vel humanae similis est, induta pro numinibus, pro diis coluntur, veneratione eo maiore, quo latius uniuscuiusque ditionem pertinere homines existimant.

Haec numina omnia in templis variis descriptionibus ornata invenit Aeschylus, neque ipse venerationem iis abrogabat. Itaque etiam voce θεοῦ e communi Graecorum more omne numen significat, quod maiore, quam homines, praeditum est potentia: quod humana forma indutum intueri solet, licet non ubique de forma humana cogitet. Hoc maxime generali sensu posita est vox, ubi de Typhone (Th. 511), de Atlante (Pr. 425), de Borporo (P. 746) dicitur. Praeterea de ipsis iis hominibus usurpatur iisque heroibus, qui reliquorum potentiam et honorem longe excedunt, de rege Persarum [3]), (P. 157, 644, 655. de Chirone Pr. 1027. [4]).

---

3) καὶ γὰρ δύναμις ἐπὲρ ἄνθρωπον ἡ βασιλήός ἐστι. Her. VIII, 140, 2.

4) De Niobe Soph. El. 150. Ant. 834, de Hercule ἥρως θεός Pind. Nem. III, 22.

Itaque per se patet, vocem poni etiam de numinibus illis, quae quidquid in vita hominum agit seseque exercet significant [5]), Iustitiae, Promethei (Pr. 14, 29, 37, 92, 119); Furiarum, (E. 883; Ch. 475); genii Ultoris (S. 414); Discordiae (Th. 1051); omniumque numinum inferorum, e quibus eminent Orcus et Tellus mater, quod quidem universum deorum genus prorsus separatum est ab Olympiis (S. 161). Olympii vero proprie dicuntur dii novi [6]), dii juniores, *νεοὶ οἰκονόμοι Ὀλύμπου* Pr. 149, 439; E. 162, 882. cett. et ex his maxime eminent dii magni, qui Iovis fratres, uxores, liberi perhibentur, orti ii e rerum natura religiose contemplanda [7]) certisque formis, muneribus, honoribus (Pr. 7, 38; E. 471) ornati, quos patriis sacris cultos accepit poeta omnibusque numinibus, quae nihil sunt, nisi vis cuiuspiam notionis, longe potentiores, vividiores, fortiores cogitabat et exhibuit. Et plerumque quidem hi amore inter se conjunguntur seseque invicem adjuvant [8]), (cf. Ch. 812; E. 89, 667; P. 740, 750, 347.) interdum verò, si jure suo et honore quisque utitur, neque haec jura sibi invicem re-

---

5) Temporis Soph. El. 179. Et in legibus, quas constituerunt Olympii, magnus Sophocli inest deus, qui nunquam senescat, O. T. 871. cf. Demosth. fals. leg. p. 417: *Φήμη δ' οὔτις πάμπαν ἀπόλλυται, ἥντινα πολλοὶ λαοὶ φημίξωσι, θεός νύ τίς ἐστι καὶ αὐτή.*

6) Sive, quod idem est, *Κρονίδαι* Pind. Ol. IX., 56. (*φέρτατοι*); Py. III, 94. (*Κρόνου παῖδες βασιλῆες*); V, 110. (*Κρ. μάκαρες*); Isthm VII, 46. (*Κρονίδαι ἐπὶ γλεφάροις νεῦσαν ἀθανάτοισιν*); *Οὐρανίδαι* Py. IV, 194.

7) *οὐρανοῦ βασιλῆες πόντου τε* Pind. N. IV, 67.

8) Cf. Pind. Py. III, 11, 32. Pindarus omnino cogitationem de rixis deorum religiose aspernatur. Ol. IX, 40.

spondent, rixa oritur, quae sola Iovis componitur auctoritate, qui deorum etiam est dominus. Saepius vero, quam inter se ipsos, tali certamine discedunt Olympii cum diis inferis et vetustis, quos odio habent, velut Furias (E. 55, 70, 73, 109, 191, 197, 386, 411, 644, 722; Th. 720.), Typhonem (Th. 510, 524.), Prometheum (Pr. 29. cett.) quos eiusdem Iovis invicti auctoritate superant et ea tantum munera iis concedunt, quae ipsi aversantur, (E. 361). Saepe Olympiorum, quia concordes esse solent sibique amici, constituuntur societates (cf. Th. 220, 251, 450), quas recensebo sub Iovis nomine.

2.

Generalem horum deorum magnorum naturam hanc exhibet poeta. Sunt beati, vacant dolore per omne aevum [9]) Ag. 554, peculiare est iis bona uti fortuna [10]), τὸ δ' εὐτυχεῖν τὸ δ' ἐν βροτοῖς θεός, Ch. 60; cf. P. 711: itaque μάκαρες appellantur Th. 97, 214, 1074; Pr. 169; Ag. 1336; S. 524, 582, 1019. Sunt omnium potentissimi παναλκεῖς, Th. 166; perficiunt etiam quae desperata sunt [11]), Th. 226, cf. Ag. 970: eorum est potentia mutandi etiam mores indolemque hominum [12]), S. 1016; mutare formam humanam Ag. 1147. Ideo ratum faciunt, quidquid polli-

---

9) Pind. fr. inc. 4. ἄνοσοι, πόνων τ' ἄπειροι. Gratiae iis perpetuo adsunt Pind. Ol. XIV, 8.

10) πέπρακται πᾶν τὸ τοῦ θεοῦ καλῶς Soph. fr. inc. 100: μηδὲν ἁμαρτεῖν ἐστὶ θεῶν καὶ πάντα κατορθοῦν ἐν βιοτῇ epigr. apud Demosth. de cor. p. 323.

11) Cf. Pind. Py. IV, 63. de sanato Batto balbutiente.

12) Pind Py. X, 49: θεῶν τελεσάντων οὐδέν ποτε φαίνεται ἔμμεν

centur, Pr. 1032; P. 890; E. 899; Th. 618, 844. Propterea sunt sacrosancti [13]) et puri, ἁγνοί, σεμνοί Ag. 637; S. 655; cf. E. 40, 55, 270; unde linguis favere jubentur homines, Ag. 636, 1247; E. 287, 1035; S. 512, 694; fr. 264. Propitii sunt clementibus (Ag. 952), benevoli benevolis (P. 772; cf. Ag. 1147): et maxime quidem ii, quos maxime divinos cogitat Aeschylus, velut Apollo (E. 153, 172, 233: ubi quem communem deorum dicunt Furiae morem, is potius ad infera pertinet numina, e quorum numero sunt ipsae, quas aspernantur dii prisci et novi, E. 722.): omnino justissima est eorum indoles, ut justum sit quidquid faciunt. Triplicem enim potissimum constituunt legem hominibus observandam, qua pietatem erga se ipsos, parentes et hospites exerceri jubent. Quarum legum qui ullam laedit, diis est invisus, qui parentem offendit (ἄθεος E. 159); qui consanguineum laedit (δύςθεος S. 422.); qui hospitem odit (ἐχθρόξενος θεῶν ἀμνήμων, Th. 606). Supplices ne ipsi quidem contemnere audent, E. 233. Praeterea qui matrimonii honorem detrectat, deorum majestatem polluit gentiliciorum, Ag. 1645; E. 46, 191; omnino, qui injusti aliquid committit, E. 541. Sibi ipsis poscunt honores et sacrificia (μόνος θεῶν γὰρ Θάνατος οὐ δώρων ἐρᾷ Niob. fr. 147.), faventque iis, a quibus pie coluntur, Th. 76, 107; S. 363, 450, 655, 704; Ag. 338: εἰ δ' εὐσεβοῦσι τοὺς θεοὺς οὐκ ἄν γ' ἑλόντες αὖθις αὖ θάνοιεν ἄν: Ag. 354: θεοὺς προςειπεῖν εὖ παρασκευάζομαι·

ἄπιστον. Soph. Aj. 86. γένοιτο μέντοι πᾶν θεοῦ τεχνωμένον. 118, 455, 767; El, 696. Solon, fr. XXIX.

13) Tanta eorum est sanctitas, ut pollui omnino non possit ab hominibus. Soph. Ant. 1044.

χάρις γὰρ οὐκ ἄτιμος εἴργασται πόνων. Ch. 260; Pr. 529 modo ne a scelerato homine (δυςθέῳ, Ch. 46, 525; S. 422.) dona offerantur, quos indignos judicant, a quibus ea accipiant Th. 702. Ulciscuntur enim quidquid sceleris committitur [14]), nullasque injustorum hominum preces accipiunt, λιτᾶν δ' ἀκούει μὲν οὔτις θεῶν, τὸν δ' ἐπίστροφον τῶνδε Φῶτ' ἄδικον καθαιρεῖ Ag. 396: falluntur illi impii, qui deos haec non curare opinantur, Ag. 369—378: οὐκ ἔφα τις θεοὺς βροτῶν ἀξιοῦσθαι μέλειν Ὅσοις ἀθίκτων χάρις πατοῖθ'· ὁ δ' οὐκ εὐσεβής. πέφανται δ' ἐν γόνοις ἀτολμήτων cett. Ag. 1578). Exaudiunt enim superi clamorem justitiae poenam sumturae Ag. 813; cf. S. 79; Th. 566, 626; Ag. 1279, 1284 (ὀμώμοται γὰρ ὅρκος ἐκ θεῶν μέγας Ἄξειν νιν ὑπτίασμα κειμένον πατρός); omnes, quibus irascuntur, perdomantes poena communi, Th. 608; et in certam eos detrudentes perniciem [15]): Χρόνῳ τοι κυρίῳ τ' ἐν ἡμέρᾳ Θεοὺς ἀτίζων τις βροτῶν δώσει δίκην S. 732; et ipsi ii, qui patiuntur injuriam, eo juvantur quod propter hanc injuriam dii illis irascuntur, a quibus laedebantur, S. 753; cf. P. 807; Th. 441, 444; Ag. 345. Atque haec est deorum adversus homines ira, κότος Ag. 635; μῆνις, Ag. 649; E. 101; θεοστυγήτῳ δ' ἄχει βροτῶν ἀτιμωθὲν οἴχεται γένος. σέβει γὰρ οὔτις τὸ δυςφιλὲς θεοῖς, Ch. 635; Ag. 1090; Ch. 1028; E. 361, 825; Th. 604, 653, 702: quae singulos pariter et genera [16]) poenis affligit, solet enim scelus

14) τοὺς δὲ σώφρονας θεοὶ φιλοῦσι καὶ στυγοῦσι τοὺς κακούς, Soph. Aj. 133; El. 1383; Ant. 1104.

15) χόλος οὐκ ἀλίθιος γίγνεται παίδων Διός. Pind. Py. III, 12.

16) Et hoc potissimum a divino numine repetendum videtur Herodoto, si poena, a parentibus remota, liberis infligitur. VII, 137. Justius agunt dii Aeschyli.

a patre transire ad liberos, Ag. 758. Haec etiam est deorum invidia (*φθόνος*)[17]) qua homines, qualis Capaneus, Th. 427; Parthenopaeus, Th. 529; Xerxes, P. 749, 831; Aegypti filii, S. 759, qui deos non verentur vanaque sese iis aequant opinione [18]), ut sibi vires non deesse somnient, quibus deorum ope egere, quin etiam cum iis confligere possint, nunc vi deprimunt, nunc clandestino artificio in perniciem detrahunt: cum summa contra potentia ornent eos, qui mediam servant viam et rationem (*παντὶ μέσῳ τὸ κράτος θεὸς ὤπασεν.* E. 529.). Ita filios Aegypti, qui nefarias affectant nuptias, vita privant (*φθόνον σωμάτων ἔχει θεός* Pr. 859.) ita Atridis propter impietatem, qua aras Trojanas eversuri sunt, irascitur Diana *οἴκῳ ἐπίφθονος*, Ag. 135: propterea veretur Agamemnon, si honoribus, qui deorum sunt, utatur [19]), ne in eorum incurrat invidiam, 921, 947. Propterea Xerxi per Themistoclis calli-

---

17) *ἡ ἐκ θεῶν νέμεσις*, Soph. Ph. 517; *θεῶν βιὰ Καὶ νέμεσις, οἵπερ ἔργ' ἀμύνουσιν κακά* ib. 602.

18) Talis etiam Ajax Sophoclis: *ἐγὼ δὲ καὶ δίχα θεῶν πέποιθα τοῦτ' ἐπισπάσειν κλέος*, v. 768, cf. 590, 758. Herod. VII, 10, 5: *φιλέει γὰρ ὁ θεὸς τὰ ὑπερέχοντα πάντα κολοῦειν--- φθονήσας --οὐ γὰρ ἐᾷ φρονέειν ἄλλον ὁ θεὸς μέγα ἢ ἑαυτόν*: — VII, 46. *ὁ θεὸς γλυκὺν γεύσας τὸν αἰῶνα φθονερὸς ἐν αὐτῷ εὑρίσκεται ἐών.* Et VIII, 109 dicuntur dii et heroes invidisse uni viro, praesertim impio, commune de Asia et Europa imperium.

19) Cf. Pind. Py. X, 20; Isthm. VI, 39, 44: si quis longinqua circumspectat, imbecillior est, quam ut consequatur aere stratam deorum sedem: quandoquidem Pegasus excussit Bellerophontem volentem in coeli stationes pervenire.

ditatem cladem praeparant, P. 362. Haec enim est fraus justa, cui opem deus non derogat (*ἀπατῆς δικαίας οὐκ ἀποστατεῖ θεός*, fr. 278.), *δολόμητις ἀπάτη θεοῦ*, quam nemo mortalium potest evitare, quae initio suaviter blanditur [20]) superbo, sed hac ipsa arte reti eum implicat, quod effugere nequit, P. 93—101. Cf. fr. 294: *θεὸς μὲν αἰτίαν φύει βροτοῖς, Ὅταν κακῶσαι δῶμα παμπήδην θέλῃ* [21]). Ita mortali injiciunt insaniam qua se ipse perdit, Th. 653: eumque qui superba temeritate rem quampiam nimis festinat, incitant, ut quam celerrime exstinguatur, P. 742; Th. 689. Propterea saepius mortalibus, qui superbius sentiunt, vanam rei alicuius obtendunt speciem, qua eos deludant et ad errorem committendum instigent. Ag. 273, 478. Eadem fraude, non quidem fraude mala, sed justa bonaque, Apollo utitur adversus Furias et Parcas sibi invisas E. 728, 845.

Et propter hanc terribilissimam ultionis potentiam nemini tantum obsequii, tantum grati est faciendum quam diis [22]): *ἅπαντας ἐχθροὺς τῶν θεῶν ἡγοῦ πλέον*. Ch. 902; Cf. 637.

---

20) Cf. Herodoti narrationes de somniis quae Xerxem ad bellum cum Graecis faciendum suscitaverint, VII, 12. sqq.

21) Cf. Soph. O. C. 371: *νῦν ἐκ θεῶν τοῦ κἀξ ἀλιτηρίου φρενὸς Εἰςῆλθε τοῖν τριςαθλίοιν ἔρις κακή.*

22) *Εὐδαίμων εἴην καὶ θεοῖς φίλος ἀθανάτοισιν, Κύρν', ἀρετῆς δ' ἄλλης οὐδεμιῆς ἔραμαι.* Theogn. 653. Maximum huic cogitationi tribuit Sophocles: *εὐσεβεῖν τὰ πρὸς θεοὺς Ὡς τἄλλα πάντα δεύτερ' ἡγεῖται πατὴρ Ζεύς.* Phil. 1441; Ant. 1350.; *οἷς γὰρ ἂν σείσθῃ θεόθεν δόμος ἄτας Οὐδὲν ἐλλείπει*, ib. 584; *ὑπέρκοπον μηδέν ποτ' εἴπῃς αὐτὸς εἰς θεοὺς ἔπος*, Aj. 127; *εἰσόμεσθα μὲν θεοῖς εἴκειν*, ib. 666. Cf. Pind. Ol. I, 35:

Propterea summa colendi sunt pietate, εὐσεβείᾳ, Ag. 338, 372; S. 396, 655, 705. (Eur. Troad. 95.) summaque venerandi religione: τὰ θεῶν μηδὲν ἀγάζειν S. 1062 [23]). Gaudent enim natura, quae humana longe est superior [24]) βιαίως σέλμα σεμνὸν ἥμενοι, Ag. 183: ac si hac religione minus coerciti homines cum diis concurrunt, sese iis aequant, nedum eos decipere conantur, non evitant perniciem. Ita Cassandra sese ipsa perdit, similique ratione Athamas, Pentheus, Lycurgus, Niobe. Sed etiam ubi non sua sponte, sed inviti incidunt in hoc cum diis commercium, magnis plerumque fatigantur malis et doloribus, quia fragilis eorum indoles cum divina male conciliatur. Hoc Semelae accidit, hoc Ioni, Inachi filiae. Nec singuli solum sed totae etiam gentes talia perpetiuntur, ubi dii aliquid, quod cupiunt, ratum sunt facturi. Διὸς ἵμερος οὐκ εὐθήρατος ἐτύχθη, πάντα τοι φλεγέθει κἂν σκότῳ μελαίνᾳ ξὺν τύχᾳ μερόπεσσι λαοῖς. Scilicet irritum manere nequit, clandestina et obscura via procedit in lucem, et quidquid

---

ἔστι δ' ἀνδρὶ φάμεν ἐοικὸς ἀμφὶ δαιμόνων καλά, μείων γὰρ αἰτία. Cf. ib. v. 52.

23) οὐδ' ἀγαίομαι θεῶν ἔργα Archil. fr. 2, fr. 32. Pind. paean. fr. 10: οὐκ ἔσθ' ὅπως τὰ θεῶν βουλεύματ' ἐρευνάσει βροτέᾳ φρενί: — Py. II, 88: χρὴ δὲ πρὸς θεὸν οὐκ ἐρίζειν, qui nunc hos nunc illos adjuvet. — Soph. fr. inc. 6: οὐ γὰρ ἂν τὰ θεῖα κρυπτόντων θεῶν Μάθοις ἄν, οὐδ' εἰ πάντ' ἐπεξέλθοις σκοπῶν. — Jophont. Penthei fr. ὡς μᾶλλον ὅστις εἰδέναι τὰ τῶν θεῶν Ζητεῖ, τοσούτῳ μᾶλλον ἧσσον εἴσεται.

24) οὐ γὰρ θέμις ζῆν πλὴν θεοὺς ἄνευ κακῶν Soph. fr. inc. 27; μόνοις οὐ γίγνεται θεοῖσι γῆρας οὐδὲ μὴν θανεῖν ποτε. O. C. 608.

injusti ei adversatur, dejicit, exstinguit: ita sibi ipsi satisfacit, ἥμενον ἄνω φρόνημά πως αὐτόθεν ἐξέπραξεν ἔμπας ἑδράνων ἐφ' ἁγνῶν. S. 86—101. Neque in strage turbae injustorum semper incolumis manet qui cum illis societatem niit homo probus, sed una perditur.[25]), πληγεὶς θεοῦ μάστιγι παγκοίνῳ. Th. 601—608. Itaque ab hac superiore deorum natura, quam mortales perperam agnoscunt, Aeschylus perniciem illam repetit, quam plerique fato deberi contendunt. Et est revera hoc sive fato sive natura constitutum [26]), est μοιρίδιον, quod mortales, ubi ad deos evehuntur, deprimuntur in miseriam. Cf. Niob. fr. 144, ubi

---

25) Deorum enim jus, quo adversus homines utuntur, non lenius est, quam humanum erga animalia, dii tales de te exsistunt judices, οἷος εἶ σὺ μυρμήκων. Babr. fab. 2. in Mehlhorn. anthol. lyr.

26) Cf. Theogn. 687: οὐκ ἔστιν θνητοῖσι πρὸς ἀθανάτους μαχέσασθαι Οὐδὲ δίκην εἰπεῖν· οὐδενὶ τοῦτο θέμις. Eadem est Pindari cogitatio: a fato sive a natura repetendum est ingens illud, quod inter deorum et hominum potentiam et beatitudinem intercedit, discrimen, quod superare nequeunt mortales, licet a communi matre originem derivent. Nem. VI, init: ἓν ἀνδρῶν, ἓν θεῶν γένος· ἐκ μιᾶς δὲ πνέομεν ματρὸς ἀμφότερον διείργει δὲ πᾶσα κεκριμένα δύναμις, ὡς τὸ μὲν οὐδὲν, ὁ δὲ χάλκεος ἀσφαλὲς αἰὲν ἕδος μένει οὐρανός, quam sedem coelestem nemo mortalis nanciscitur, Py. X, 27; Isthm. VI, 44; IV, 14: μὴ μάτευε Ζεὺς γενέσθαι. Py. III, 59: χρὴ τὰ ἐοικότα πάρ δαιμόνων μαστεύεμεν θναταῖς φρασὶν, γνόντα τὸ πᾶρ ποδὸς, οἵας εἰμὲν αἴσας. Cf. Archytae fr. apud Stob. I, 73: θεὸς τὴν δύναμιν ἀρετᾶς ἄτρυτον πέπαται καὶ ἀκυπέτᾳ θνατῶν.

Tantalus: *θυμὸς δὲ ποτ' ἀμὸς οὐρανῷ κυρῶν ἄνω Ἔραζε πίπτει καί με προςφωνεῖ τάδε· Γίγνωσκε τἀνθρωπεῖα μὴ σέβειν ἄγαν.* Est hoc etiam fatale, ubicunque cum diis certent mortales, justitiam et omnem, quam justitia affert, potentiam esse penes deos. Manet vero magnum illud homini solatium: *ἀνάγκας ἄτερ δίκαιος ὢν οὐκ ἄνολβος ἔσται, πανώλεθρος δ' οὔποτ' ἂν γένοιτο.* E. 550. Et ad beatum illos, qui fato divino aliquid perpetiuntur neque tamen magna impietate diis invisi reddunturr, finem perduci videmus: aequissima justitia tantum unicuique tribuitur poenae, quantum culpae commisit, tantum remunerationis, quantum doloris innocenti erat inflictum. Cf. fr. 301: *τῷ πονοῦντι δ' ἐκ θεῶν ὀφείλεται τέκνωμα τοῦ πόνου κλέος.* Ch. 958: *κρατεῖταί πως τὸ θεῖον παρὰ τὸ μὴ Ὑπουργεῖν κακοῖς.* Th. 596: *δεινὸς ὃς θεοὺς σέβει.* Ex his omnibus patet, justitiam esse innatam in deorum natura neque injustum esse posse quidquid a diis agatur: propterea vero tutissimum securitatis pignus homini esse justitiam, quia quo justior est, eo similior est naturae divinae, quae labem non patitur. Singula in singulis diis singulisque fabulis probabimus.

Vidimus deos esse potentissimos, sanctos, justos, videbimus eos etiam sapientissimos. Sapientia vero divina poetae nuda non est notio, sed ubi sapientem deum cogitat, cogitat eum sapienter aliquid agentem. Sapientia in eo tantum cerni potest, quod aptissima utuntur ratione agendi, ne ullum, quod inierunt, consilium irritum maneat. Hanc singulorum deorum omnium esse virtutem, sub eorum nominibus exponam. Ut vero aptum unicuique rei tempus eligat et assignet, est maxime calliditatis, itaque calliditas pertinet

ad sapientiam: neque has discernit Aeschylus [27]). Victoriam de Titanibus Olympii reportant *αἱμύλαις μηχαναῖς*, Pr. 206; *δόλῳ*, 213, omnino vi rationis, consiliis Promethei, 219. Jupiter optimus est *σοφίστης*, Pr. 62. Ita in posterum etiam contra eos, quos odio habent, fraude utuntur justa, P. 93; E. 845; Ag. 273; fr. 278: eos vero, quibus favent, e malis quibus premuntur, *ἐκκλέπτουσι*, Ag. 662; E. 153; liberant *μηχαναῖς λυτηρίοις*, S. 594, 1074; Ag. 677 [28]). Cum hac sapientia concinit, quod omnium conscii sunt [29]), Ch. 201, 802: audiunt enim omnia licet e longinquo, E. 297.

3.

Neque agitur quidquam nisi diis auctoribus, *τί τῶνδ' οὐ θεόκραντόν ἐστι* Ag. 1488 [30]). Cui divinae gubernationi fidem si quis derogat, religione movebitur si in magno versabitur discrimine, P. 498. Vigent igitur dii in muneribus et negotiis ho-

---

27) Pindaro Sisyphus *πυκνότατος παλάμαις ὡς θεός*. Ol. XIII, 52. Propterea deus *σοφοῖς αἰνικτὴρ θεσφάτων ἀεί* Soph. fr. inc. 49.

28) *Παλάμαις* Pind. Py. I, 48; II, 40; Ol. XI, 21; XIII, 52; Nem. X, 65; *Ζηνὸς τέχναις* Ol. IX, 52; *ἀριστοτέχνα πάτερ*, paean. fr. 6.

29) Pind. Ol. I, 64: *εἰ δὲ θεὸν ἀνήρ τις ἔλπεται τι λαθέμεν ἔρδων, ἁμαρτάνει.* — Soph. El. 659: *τοὺς ἐκ Διὸς γὰρ εἰκός ἐστι πάνθ' ὁρᾶν.*

30) *Οὔτι ἄτερ θεῶν γίγνεται ἀνθρώποις* Theogn. 172, 134, 142. *τὰ πάντ' ἀεὶ φάσκοιμ' ἐν ἀνθρώποισι μηχανᾶν θεούς*, Soph. Aj. 1036; Cf. 383. — *παντὶ θεὸς αἴτιος*, Pind. Py. V, 23; fr. inc. 2. — Praecipue rebus futuris prospiciunt Soph. Ant. 1335. Theogn. 1048.

mini sive populo cupiam describendis, P. 101, [31]) (Persis bella terra non mari gerenda assignant); in munere reliquis numinibus tribuendo, E. 392; in vitae conditione gubernanda [32]) Ch. 76, 212, 1006; P. 158, 905; in tribuenda hominibus felicitate et eventu prospero [33]), θεοῦ δὲ δῶρόν ἐστιν εὐτυχεῖν βροτούς, Th. 625; P. 164; fr. 283; in efficiendo quae quis optat [34]), Th. 549, 550, 562. Ch. 148; in servando homine, cui favent, Ag. 603, 663; in ornandis hominibus prudentia [35]), τὸ μὴ κακῶς φρονεῖν θεοῦ μέγιστον δῶρον, Ag. 927, 183; in domo procuranda, Ag. 961; in cura parturientium gerenda, E. 661; in avertenda discordia domestica, S. 450; in immittenda pernicie in domum intimam Ag. 735; in urbibus tuendis [36]), Th. 233,

---

31) Herod. VII, 8, 2. — 32) Pind. Py. III, 81, 40; I, 56, 61.

33) Pind. Ol. VIII, 14; XI, 21; Py. I, 48; IV, 69; VIII, 71; IX, 67; X, 10. Nem. VIII, 16; hyporch. fr. 5, Solon. V, 69, 74. Theogn. 556, 589. — Curam gerunt gentium et hominum Pind. Py. IV, 51, 260; V, 71; Ol. I, 106.

34) Pind. Ol. IV, 12; XIII, 104.

35) θεοὶ φύουσιν ἀνθρώπων φρένας, Πάντων ὅσ' ἐστὶ χρημάτων ὑπέρτατον Soph. Ant. 684; ἐκ θεοῦ ἀνὴρ σοφαῖς ἀνθεῖ ἐςαεὶ πραπύδεσσιν, Pind. Ol. X, 10; Py. I, 41; Isthm. IV, 11; V, 11; III, 4; Ol. IX. 28. — Theogn. 1171.

36) Soph. Ant. 162. In hoste propulsando, Pind. Isthm. VII, 10. Herod. VII, 139. In toto bello Persico divinum Herodotus agnoscit numen, quod procellis et naufragiis Persarum classem infringit, ut quodammodo Graecos iis aequet, VIII, 13; quod Pausaniae victoriam tribuit Plataeensem, IX, 78; quod Graecos excitat ad liberandos Iones, IX, 91; eorumque, qui ad Mycalen pugnaturi sunt, animos divinae vocis emissae prodigio firmat, IX, 100. Cf. §. 18. fin.

86, 94, 169, 266, 1016; in republica administranda, Ag. 913; in urbibus evertendis, Ag. 821, 1289, 1336; E. 457; Th. 324; in certaminibus dirimendis, Ag. 1224; Ch. 462 Th. 4, 21, 23, 719; P. 373, 454, 514; in discrimine dijudicando, Ch. 780, 782; Th. 35, 1047; P. 495. Praeterea tacite gubernant opiniones et actiones hominum, ipsorum, quid agant, nesciorum, Ag. 683. Quia omnium, quae aguntur, sunt auctores, quodammodo etiam verum est, quod dicunt mulieres Thebanae: *νίκην γε μέντοι καὶ κακὴν τιμᾷ θεός* Th. 716. At Aeschyli de hac sententia judicium eloquitur Eteocles v. 717: *οὐκ ἄνδρ' ὁπλίτην τοῦτο χρὴ στέργειν ἔπος*. Eadem hac sententia principali, gubernari et perfici omnia diis auctoribus, defenditur quod Aeschylus de deo scelerum auctore, ubi domum aliquam delere velit, est professus fr. 294; a reprehensione Platonis, qui hunc locum servavit Rep. II, 380, A; quamquam ea ratione, qua ipse rem considerabat, recte judicavit Plato. Aeschylo vero a diis omnia aguntur, modo ab hoc deo modo ab illo, et quae solo nomine dei vel deorum significavit, repetebat ab uno alterove, certum quendam auctorem statuere non ausus, sed *τὸν τυχόντα*, ignotum illum deum Epimenidis [37]. Nulla in his opinionibus nascitur dubitatio de justitia deorum.

Propterea diis homines possunt confidere [38]) et revera confidunt, tum ubi simulacra amplexi tutos sese reddere

---

37) Hoc enim sensu intelligenda est vox *θεός*, ubi ita posita est, ut ad certum aliquem deum non possit referri. Plerumque quidem ibi de Iove cogitatur.

38) *Καὶ μὰν θεῶν πιστὸν γένος*, Pind. Nem. X, 54; *τοῖς θεοῖς τιθεῖ τὰ πάντα* cett. Archil. fr. 33; Solon. V, 9; Theogn. 197.

conantur ab hostium aggressu, Th. 212; S. 725, 773; tum ubi omnem ab eorum arbitrio repetunt salutem summumque iis offerunt obsequium: *τεθνᾶναι δ' οὐκ ἔτ' ἀντερῶ θεοῖς*, Ag. 539; *ἀνάγκη πημονὰς βροτοὺς φέρειν Θεῶν διδόντων* [39]) P. 293; Eum. 496; Ch. 960; *ἀνδρῶν γάρ ἐστιν ἐνδίκων τε καὶ σοφῶν Ἐν τοῖς κακοῖσι μὴ τεθυμῶσθαι θεοῖς* fr. 375.

Consentaneum est, quod a diis amantur ii, quorum mores similes sunt divinorum, justi homines et pii. Favent regibus, ut Agamemnoni, quem in tempestate servant, Ag. 663, 1337; E. 626; Dario, P. 164; civitatibus, Athenis, E. 869; P. 347: et maxime quidem ii, qui in singulis civitatibus coluntur [40]), singulorumque generum et populorum sunt gentilicii, quorum ita curam gerunt, ut per eorum victoriam ipsorum gloria augeatur, Th. 317. Vocantur hi *θεοὶ πατρῷοι, ἀστυνόμοι, ἐγχώριοι, πολισσοῦχοι, πολῖται*, P. 404; Ag. 88, 810, 1645; Th. 14, 69, 253, 312, 1018; S. 704; *γενέθλιοι*, Th. 639; S. 77. Captas vero urbes relinquunt, fato, quod Jupiter constituit, coacti, hostibusque eas evertendas projiciunt, Th. 218, 304, quippe a quibus nullos amplius exspectent honores [41]).

---

39) *νόσους ἀνάγκη τοὺς θεηλάτους φέρειν* Soph. Phaedr. fr. 8; Terei fr. 11; *πάντων ἄριστον μὴ βιάζεσθαι θεοὺς Στέργειν τε μοῖραν* Thyest. fr. 3; cf. inc. fr. 1, fr. 76: *χρὴ δ' ὅσ' ἂν θεοὶ δίδωσι φεύγειν μηδέν*. Ultima enim cuiusvis rei ratio Sophocli haec est: *θεοῖς γὰρ ἦν οὕτω φίλον*. O. C. 964. Cf. Solon. V, 64; Theogn. 446, 1034.

40) Sortitione enim terrae inter deos distribuuntur. Pind. Ol. VII, 55, 61.

41) In Sophoclis Xoanephoris dii ipsi simulacra sua ex arce Trojae humeris auferunt, cum urbem eversum iri praevideant.

Eur. Troad. 26: ἐρημία γὰρ πόλιν ὅταν λάβῃ κακή, Νοσεῖ τὰ τῶν θεῶν οὐδὲ τιμᾶσθαι θέλει. — Voces δαίμων et θεός Aeschylo in nulla re differunt, nisi quod δαίμων saepe peculiari sensu significat genium Ultorem, et omnino genium, qui fortunam hominis cuiuspiam moderatur, velut Ch. 513, Th. 812. Cf. §. 9.

Ne Herodotus quidem dubitavit, quin Minerva cesserit ex arce Athenarum a Persis diruenda, VIII, 41: quamquam Plutarchus (Them. 10) innuit huic prodigio subfuisse artem Themistoclis.

CAPUT SECUNDUM.

Dii singuli.

I. Regnum Telluris.

4.

Tres patent oculis humanis mundi partes universi, coelum, terra, mare (E. 904; Ch. 585; Pr. 88, 1046; Pind. Isthm. I, 48). Coelum pariter ac mare terram amplectitur, amat et fovet, id quod duplici ratione fieri videbatur veteribus, tum ea, ut omnia e terra nata essent, tum ut omnia eam gravidarent et semina ex ea progignerent, ἣ τὰ πάντα τίκτεται, Θρέψασά τ' αὖθις τῶνδε κῦμα λαμβάνει Ch. 128. Itaque pro ipsa illa alma omnium matre, quam naturam dicebant posteri, terram habebant antiquiores: e terra totius mundi omniumque deorum originem repetebant, sicut plantas omnes, quae quidem reliquorum omnium sunt nutrices, terra videbant edi. Plantae, aquae, ipsique homines, qui omnes terrae debent originem et nutrimenta, denique in terram revertuntur, terra occuluntur: itaque generale etiam mortis domicilium in media ipsa tellure putabant quaerendum. Qua cogitatione percepta jam tres illas mundi partes paulo aliter describunt, statuunt regnum coeli, regnum aqua-

rum, regnum terrae interioris: ipsa terrae superficies et quae ibi versantur, omnium sunt communia, per haec omnium regnorum ditio pertinet, nullis discreta finibus certis. Terra interior tenebris obscurata est aeternis, reliqua omnia sunt in aperto et luce collustrantur: itaque saepe regnum inferorum regno superorum opponitur: qui vero tellurem et coelum invocat, omnia adorat numina, infera pariter ac supera. P. 499; Soph. O. C. 1654.

Quia in inferorum tenebris nihil conspici potest, id quod ipso nomine *Ἅιδου* declaratur, omnia eo pertinent tum quae non amplius, tum quae nusquam conspiciuntur, et primum quidem mortui homines, deinde vero etiam omnia quae inter homines nihil habent potentiae: itaque mala omnia hominibus non nocitura terra cohibentur et eadem terra, quae, quia omnium mater est, bona etiam omnia emittit. Propterea etiam numina omnia et ipsum Jovem partu edidit, eaque numina, quorum fracta est potentia, quae nihil amplius valent, in ipsa terra jacent inclusa. Videbimus igitur, quomodo e terra omnia numina prodeant, quomodo, dum nova prodeunt, antiquiora in subterraneam detrudantur custodiam. Videbimus in unoquoque deorum genere adesse et juvare Tellurem matrem, quae primo hoc ipso nomine significatur, *Χθών*, *Γαῖα*, deinde nomine Themidis, quippe quae omnium semina in semet ipsa habeat conjuncta, itaque omne jus divinum, itaque ut *προφόμαντις*, E. 2, omnia sciat et vaticinetur, quae diis eventura sunt et quae dii sunt constituturi. Eadem Tellus mater Jovis mater dicitur sub nomine Rheae, eadem postremo in Olympiorum numero procedit sub nomine Cereris. Quae tamen licet nunc pro pluribus unius formae nominibus habeantur ab Aeschylo, nunc quoniam

munera habent diversa, ipsae cogitantur diversae, itaque Themis, quae nunc est eadem quae Tellus, Pr. 210, 1091; nunc est Titanis Pr. 874, Telluris filia E. init: et Rhea pariter atque Ceres a Tellure secernuntur.

5.

Quidquid e terra nascitur, e tenebris prodit in lucem. Antiquum deorum genus, quod Tellus partu edidit, est tenebricosum, excipitur vero a genere Olympiorum claro et illustri. Simile est illud Hesiodi: Νυκτὸς Αἰθήρ τε καὶ Ἡμέρη ἐξεγένοντο, Theog. 124. Noctem Hesiodus refert inter numina illa, quibus nullum est antiquius, idem haud dubie Aeschylus statuit. Noctis sorores sunt Parcae, E. 961, de quibus uberius dicendum est, ut pro variis aliis et incertis, quae de iis feruntur, opinionibus certa constituantur. Cum vero apud Aeschylum tum demum aliquid agendum habeant, ubi Jovis cum Saturno certamen exhibetur, ibi de iis erit disserendum. Eodem loco dicam de Furiis, Parcarum sociis, Noctis filiabus [42]), quibus etiam sub Jovis et Orci imperio manent honores. Modo teneas, Furias pariter ac Parcas esse e numero antiquissimorum numinum.

Tellus Hesiodo progignit Coelum, Coelus, id quod ipse dicit Aeschylus, e Tellure progignit Titanes, Pr. 205; Pr. sol. fr. 179. Hoc Coeli et Telluris conjugium Aeschylo perpetuum est et aeternum, Danaid. fr. 36: unde satis patet, non virum et mulierem coeuntes eum sibi cogitasse, sed ipsum coelum ipsamque terram, quae tanquam nu-

---

42) Sophocli sunt filiae Γῆς καὶ ἀρχαίου Σκότου O. C. 40, 105.

mina percipiebantur [43]). Neque ipsi Titanes, quos nominat, quidquam sunt, nisi prodigia naturae, velut Oceanus, Atlas, (numen aliquod, quod coeli et terrae columnas sustineat, Pr. 348, 428.), Typhon (Pr. 354.), quem nihil esse nisi procellam demonstrat locus S. 560, et Prometheus, vis rationis, quae ipsa inter summa prodigia referenda est, quae progenuit natura. Titanes, quorum ordinem ducit Saturnus, Coeli imperium frangunt, ipsumque, quatenus numen est, e regia sede dejiciunt, Pr. 957. Titanum naturam satis designatam habemus Pr. 204: noluisse eos accipere bona et callida consilia et violento et atroci animo omnia disposuisse. Interea vero ortum est genus deorum novorum, liberorum Saturni, quorum princeps est Jupiter, qui tam rationis (Pr. 213, 219), quam naturae (Pr. 359.) viribus eximius omnes omnino, qui sibi resistere conantur, perdomat, ac sicut Hesiodo universum mundum suis incendit fulminibus, Theog. 690—700: ita idem Aeschylo ad novas leges, quas solus ipse jussit, omnia disponit, deos priscos hasta perdomat longe potentiore, patremque Saturnum cum Titanibus detrudit in Tartarum Pr. 220, E. 641.

Dubium non est, quin his certaminibus subesse cogitationem de magnis rerum naturae turbis et conversionibus, quarum in Graecia clariora, quam usquam, exstant vestigia, agnoverit Aeschylus. Jovis demum imperio firmato rationi cedit violentia, Jovem igitur primum habebat deum, qui revera divinus esset dicendus. Nam cum in rerum

---

43) Cf. Soph. Ant. 338: ubi homo dicitur fatigare aratro θεῶν τὰν ὑπερτάταν, Γᾶν ἄφθιτον.

natura, qua contemplanda sibi omnia reperire videbantur, quae mens requirit, quidquid bonum, pulchrum, perfectum est, natum viderent Graeci, minime ab omni aevo aeternum, cum mentem quotidie prodire et nasci animadverterent in infantibus, ubi licet eam innatam statuamus, testatur tamen serius sese esse, quam corpus: facilius ii sibi persuadebant, deum divinum neque viguisse neque exstitisse in primo rerum initio, sed tertium demum deorum et rerum dominum (τριακτῆρα, Ag. 171.) esse eum, quo nemo unquam potentior fuisset neque futurus esset. οἱ θεολόγοι φασὶν προελθούσης τῆς τῶν ὄντων φύσεως καὶ τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ καλὸν ἐμφαίνεσθαι· --- οἱ ποιηταὶ οἱ. ἀρχαῖοι βασιλεύειν καὶ ἄρχειν φασὶν οὐ τοὺς πρώτους, οἷον Νύκτα καὶ Οὐρανὸν ἢ Χάος ἢ Ὠκεανὸν, ἀλλὰ τὸν Δία. Aristot. Met. XIV, p. 301. Br. Atqui cum deus hic supremus semel dominatu potitus est, tum quaecunque ante eum magna fuerunt evanescant necesse est (Ag. 167.), ut nunc per eum omnia adornentur, in eius omnia sint arbitrio, ab eius voluntate omnia praedita sint omni, qualemcunque habent, potestate. Talem esse Jovem Aeschyli, postea probabimus, nunc id nobis demonstrandum est, hunc Jovem revera pro orto habuisse poetam, haud aeterno, haud ipsius telluris creatore. Cum in universae Graeciae sacris tum temporis Jupiter natus esse putaretur et Rheae filius Saturnius (Pind. Ol. II, 12) invocaretur, cum tot loci gloriarentur, quod ibi natus esset (quos reperies in indicibus in Pausaniam), cum denique a poetis omnibus uno ore haec cogitatio esset recepta: certis indiciis et disertis verbis a poeta significatum sit oportet, ut eum in hac re transisse statuamus in novorum illius aetatis sententiam philosophorum, quos poetis parum favisse constat. At minime

talia dixit Aeschylus; dixit, quae contrarium demonstrant. Non solum in Prometheo, ubi alium quem Jovem, eumque parum divinum exhiberi opinantur nonnulli, invocatur Saturnius (Pr. 537; Pr. sol. fr. 179, 5.) et patrem ex imperio dejecisse perhibetur, sed etiam in Eumenidibus, ubi illud ne somniari quidem potest, v. 541. Deinde in Supplicibus, cuius fabulae ratio tum a Prometheo, tum ab Eumenidibus est diversa, invocatur *παῖς Γᾶς* [44]) v. 892. Tum in Agamemnone v. 167 eos debellavisse dicitur, qui ante eum fuerint validissimi, vincere praeterea tanquam *τριακτήρ* eos qui postea contra se rebellarent, ut omnium in omne aevum victor celebrandus sit Ag. 173; Th. 514, 517; S. 595. Titanum debellatorum mentio fit etiam S. 155. [45]).

Ipse Saturnus nihil est, nisi deorum rex pristinus, pater Jovis: hoc solo nudo fruitur honore: neque de eius laudibus quidquam praedicatur, sed est merus rex pristinus, *παλαιγενής*, Pr. 220; *πρεσβύτης*, E. 641; qui nihil amplius valet, nisi per ipsum illud vinculum, quo filius cum patre connectitur. Eius conjux Rhea semel tantum commemoratur, Pr. 837, sine ullo honore divino. Bene noverat Aeschylus, Rheam nihil esse, nisi Tellurem [46]):

---

44) Cf. Soph. Ph. 392: *Γᾶ μάτερ αὐτοῦ Διός.* — 680: *παγκρατὴς Κρόνου παῖς.* cf. Tr. 499; Solon. fr. XXIV; fr. XXVIII, 2: *μήτηρ μεγίστη δαιμόνων Ὀλυμπίων.*

45) Ubi quod Tartarus pro Orco positus est, sine causa offendit Wellauerum, (cf. §. 10.), qui monstrum illud, quod excogitavit, *ἡλιόκτυπον*, sole attonitum, esse vocem Aeschyli nemini persuadebit.

46) Idem hoc percepisse Sophoclem, clarius etiam patet e Ph.

itaque Jovem directo dicit filiam Telluris, cum omnino eatenus tantum peregrina numina veneretur, quatenus Graecas iis subesse cogitationes percipit. Qui vero Saturnium filium Telluris dicit Jovem, nihil intelligit, nisi deum supremum, a patre quopiam aliquando e Tellure progenitum. Et hic alter est summus Telluris honor, quod Jovis est mater. Itaque facilius etiam perspicitur, cur Tellus, quae Themis dicitur, cum Prometheo filio Jovem filium adjuverit. Quod idem legimus apud Hesiodum, ubi omnibus deorum imperii conversionibus Tellus mater praeest easque adornat et eventum praedicit. Aeschyli vero id est, quod hanc Themidem dixit, et egregie quidem, quia id ipsum, quod constituit, est jus divinum.

Jus divinum voce θέμις significatur, tum id quod dii hominibus religione servandum imponunt (Ch. 641; Ag. 98, 1431; S. 38, 335, 360, 436, cf. E. 414) [47]) tum quod inter deos constitutum est, quo singula singulis munera descripta sunt, (E. 471); tum id quo erga homines utuntur(Ag. 217), quod quia oraculis pronuntiatur, pro ipso etiam oraculo vox usurpatur. Pind. Pyth. IV, 54. Pro-

391: δρεστέρα παμβῶτι Γᾶ μάτερ αὐτοῦ Διός, ubi certissimum est, intelligi Rheam, ex iis quae sequuntur ἃ τὸν μέγαν Πάκτωλον εὔχρυσον νέμεις - - ταυροκτόνων λεόντων ἔφεδρε. cf. Schol. — Pindaro in beatorum insulis regnat Saturnus, reconciliatus cum Jove, qui ipse eum adire solet, Ol. II, 70, 76. Eidem Pindaro summus Saturni honor is est, quod dicitur conjux Rheae πάντων ὑπέρτατον ἐχοῖσας θρόνον. — Athenis vetustum erat fanum Saturni et Rheae, Paus. I, 18, 7; ludique celebrabantur Cronii in honorem pristinae aetatis aureae. Cf. Buttm. Mythol. II, 54.

47) Soph. El. 1064. Pind. Ol. XI, 24; Py. XI, 8; Isthm. fr. 4, 6.

pterea ipsa Themis est dea vaticiniorum, cuius consilia sunt sapientissima, ὀρθόβουλος (Pr. 18); quae Delphico oraculo praeest ante Phoebum (Eum. init); et Prometheo quae futura sint praedicit. Pr. 874 [48]). Et quia ipsa nihil est, nisi jus divinum, dirimit etiam certamen inter Titanes et Olympios, et ita quidem, ut ipsa transeat cum Prometheo ad Olympios iisque paret victoriam, quippe qui sapientiae et prudentiae consilia non aspernentur. Quo ipso transitu id significatur, maiorem esse Olympiis dignitatem, maius divinum ius, quam Titanibus. Nec vero hoc numen, quod tam gravi munere fungitur, graviore etiam, quam Parcae, quae ab Olympiis superantur, cum Themis ipsa recipiatur in Olympiorum numerum, ne hoc numen cogitatione magis perceptum videatur, quam vivum et vera polleas potestate, Themidis munus ipsi Telluri tribuit Aeschylus [49]), ut pro nominibus tantum eiusdem numinis diversis sint habendae Themis et Tellus. Licet autem pariter atque conjungere etiam disjungere utramque, ut Themis pro Titanide, pro Telluris filia sit habenda. Pr. 874; E. 3. (cf. 6.) E quibus apparet, agnovisse Aeschylum, latere sub his nominibus et formis cogitationem quampiam, quam modo hac modo illa forma significare liceat liberta-

---

48) Ita Pind. Isthm. VII, 32 ipsi Jovi et Neptuno vaticinatur eorumque rixam componit. De qua re cf. not. 55.

49) In Delphicis etiam fabulis revera eandem esse Themidem et Tellurem, bene exposuit Schwenck. Ephem. scholar. 1829, II, 8. Idem haud dubie subest fabulae quae perhibet Jovis eam fuisse uxorem et progenuisse Horas, etsi num Hesiodus (Theog. 901) et Pindarus (hymn. fr. 2) hunc sensum agnoverint, non dijudicem.

tate poetica. De Themidis templo quod Athenis erat cf. Paus. I, 22, 1.

6.

Si potentiam nactus est Jupiter, locum in ea habere potest aliquid mutationis: ipse cogitari potest eam non ab initio satis firmatam tenere, ut eam contra impetum et seditionem aliquam tueatur oporteat. Imperium de Coelo, Saturno, Jove nemo exercet, sed alter alterius regnum excipit diisque imperat. Attamen licet qui regnum tenet, dominus sit potentissimus, tamen necessitatem, quae in suae ipsius indolis ratione posita est, id est, ipsam suam ipsius indolem abjicere et effugere non potest. Necessitatem hanc gubernant Parcae et Furiae, *Μοῖραι τρίμορφοι μνήμονές τ' Ἐρινύες* Pr. 516.

Parcarum naturam hanc esse contenderunt viri docti: significari hoc nomine legem quandam summam, quae nulla debilitari posset mutatione: quae quidem lex e communi Graecorum more pro persona, pro numine habita esset, cui imperium et arbitrium de omnibus rebus divinis et humanis in omnibus Aeschyli locis attribueretur. Tali legi supremae et ultimae confisum esse poetam et in ea acquievisse possemus cogitare. At ne unus quidem talis locus exstat. Patet enim, diversam esse ab huius supremi et extremi numinis notione eam cogitationem, qua natura, indoles, ratio interior uniuscuiusque rei indicatur, quae natura alia est in aliis. Hanc ipsam vero rationem significat vocabulum *μοῖρα*, quod proprie portionem declarat, ut apud Aeschylum ipsum: *τέσσαρας μοίρας*, Ch. 238; *μοῖρ' Ἀφροδίτας*, S. 1011; *μοῖραν ἡδονῆς*, Pr. 631, cf. 292.

Soph. Trach. 1241, 163. (Talia etiam *μοιρᾶσθαι* Th. 907; *ἄμοιρος*, Th. 733, E. 353.) Mundus quasi totum aliquod cogitatur, cuius partes inter omnes, qui in mundo vivunt, describuntur. Quod unicuique assignatum est, in eo constat eius proprietas, natura, ratio fortunae. Saepius hanc ipsi dii rerum gubernatores hominibus numinibusque inferioribus ascripsisse perhibentur: *μοῖρα τεταγμένα ἐκ θεῶν*, Ag. 1025; *θεσμὸς μοιρόκραντος ἐκ θεῶν δοθείς*, E. 392; *θεόθεν κάτα μοῖρ' ἐκράτησε*, P. 101; *μεγάλαι μοῖραι Διόθεν τελευτᾶν*, Ch. 306; *μοῖρα Διοςδότων ἀχέων* Th. 947; *ὁ Παν-όπτας οὗτος μοῖρα τε*, E. 1046 (ubi eadem sententia per formulam *ἓν διὰ δυοῖν* profertur). Saepe deorum mentione non addita sors ipsa quae tributa sit simpliciter commemoratur, si vero quaerendum est, qui eam tribuerit, neminem intelligere possumus nisi deos. Ita *παλαιγενεῖς μοῖραι* Furiarum, E. 173, 476, quas v. 392, 365 a diis, a Jove se accipisse profitentur, ita Pr. 694 de infortunio Ioni a Jove parato, Pr. 511 de sorte Promethei, quae ipsa denique a Jove gubernatur, licet maxime invito Prometheo. Praeterea de sorte belli, Ag. 130; Th. 506; de morte, Ag. 1266, 1314, 1365, 1462; P. 917. Cf. P. 909; E. 890 (*εὔμοιρος*); Th. 850 (*δίμοιρος* de duplici infortunio, cf. v. 899.); S. 1071 (*δίμοιρον* de duplici fortuna). Interdum etiam de vitae conditione, quae alicui ab hominibus paratur, Ag. 1588. Tales igitur innumerabiles habemus naturas (*φυᾷ δ' ἕκαστος διαφέρομεν βιοτὰν λαχόντες, ὁ μὲν τὰ, τὰ δ' ἄλλοι* Pind. N. VII, 54.) cum fatum illud unum esse debeat, stabile, aequale. Patet vero diversissimarum naturarum hoc esse commune, quod unicuique ipsi, unicuique soli sunt tributae, quod unicuique sunt propriae: ipsa proprietas singularum proprietatum omnium est com-

munis, sicut omne, quod dicimus abstractum, singularum rerum concretarum est commune. Jam ipsa haec proprietas ut numen aliquod cogitari potest, quod singulas singulis proprietates et indolis et fortunae cum omnibus eius, quae per totam vitam humanam accidunt, varietatibus attribuerit. Hanc Proprietatem Graeci dicebant *Μοῖραν*. *Μοῖρα* igitur suam cuique *μοῖραν* distribuit, neque est quidquam nisi uniuscuiusque *μοῖρα*, quam non tributam, id quod revera est, sed tribuentem cogitabant. Significabant hoc imagine nendi, quia id, quod filo intexitur, peculiaris est fili pars, neque ab eo divelli potest nisi lacerato. Quanquam Aeschylus nomina Parcarum non commemorat, nendi tamen officium iis tribuitur E. 327 [50]. — Eandem *Μοῖραν*, quae nunc una cogitatur, nunc sibi fingunt ut *Μοίρας τριμόρφους*: triplex enim numerus principale est multitudinis et varietatis exemplum, et quicunque Graecorum nunc tres nunc unam agnoscebat Parcam, bene sibi conscius erat unitatis huius in varietate positae [51]. Ubique vero in Graecorum opinionibus fluctuat notio numinum illorum, quae e sola cogitatione orta sunt neque a natura principio petita, fluctuat inter numinis personam et ipsam cogitationem, cui originem debent. Itaque vix ubique dirimi poterit, si *μοῖραν* Aeschylus commemorat, utrum de re an de numine cogitaverit.

Quodcunque numen statuitur, habet aliquid agendum. Parcarum munus est duplex, utrumque e prima et ipsa earum natura profectum. Tum assignant naturam, tum

---

50) Cf. Welckeri Ephem. hist. art I. p. 225. sqq. p. 229. n. 48 (*οὐδεὶς δύναται μοιρᾶν μίτον ἐξαναλῦσαι*).

51) Cf. Welck. ib. p. 223.

assignatam servant, ne quis eam abjiciat. Custodiunt igitur deos ut maneant dii, homines ut maneant homines, Apollinem, ne fiat Jupiter, ne fiat inferus, neve fiat imbecillior, neve potentior, quam quod ipsa eius natura divina constitutum est. Custodiunt etiam Jovem, ne eius potentia infringatur, quia ea Jovis natura constituta est, ut sit potentissimus. (Cf. Pr. 511: ubi id agit Parca, ne quis eandem, quam Jupiter, potentiam adipiscatur.) Minime vero propterea Jove sunt potentiores, nisi forte regii corporis custodes ipso rege esse potentiores contendere vis. Imo id agant, quod Jupiter, quod superi constituerunt, tum in assignanda natura, ut Furiis, E. 335; Meleagro, Ch. 612; Oceaninis, Pr. 895; tum in servanda, praesertim ne quis hominum terminos excedat, quos dii constituerunt: E. 105 (*Μοῖρα πρόσκοπος βροτῶν*); Ch. 306. Propterea iis, qui hunc terminum transgrediuntur, immittunt ultionem, Ag. 1536 (Orestem, quem a diis missum iri vaticinata erat Cassandra, 1279, 1284: *δμώμοται γὰρ ὅρκος ἐκ θεῶν μέγας Ἄξειν νιν ὑπτίασμα κειμένου πατρός*); Ch. 910, 911. Itaque eo funguntur munere quod proprie est Furiarum. Cum Furiis Aeschylus Parcas tantum non ubique conjungit [52]), ubi earum mentionem facit Th. 975, 937; E. 961, 724.

At vero dixit Aeschylus, Parcas esse Jove potentiores. Non dixit. Parcas, quae nihil sunt, nisi quae peculiaritatem uniuscuiusque significent et distribuant, Jovi ipsi

---

52) Hesiodus ad Parcas transtulit Furiarum negotia, et hac ratione etiam deos Parcis cogitabat subjectos, Theog. 220. Sicyonios Parcis eadem sacra fecisse, quae Furiis, tradit Paus. II, 11, 4.

etiam naturam assignavisse cogitentur necesse est[53]), hactenus igitur ipso etiam Jove superiores eas dicere poteris, scilicet si principes electores, qui imperium tradunt, imperatore dicis superiores[54]). Inspiciamus locum: praedixit Prometheus Oceaninis, nunquam sibi eandem quae sit Jovi fore potentiam, hoc fieri non posse, prohiberi hoc aeterna naturae necessitate: eadem vero hac necessitate jussum esse, sese liberatum iri: gubernari hanc necessitatem a Parcis et Furiis. Quaerunt puellae, num igitur his imbecillior sit Jupiter. Quibus ille respondet, non hoc se dicere, sed Jovi etiam certam esse naturam, certam fortunae rationem, quam abjicere non possit, *οὔκουν ἂν ἐκφύγοι γε τὴν πεπρωμένην* Pr. 518. Noverant Oceaninae, Jovis fortunam esse eam, ut omne per omne aevum penes eum futurum sit imperium, itaque mirantur et interrogant, quae praeterea aliquid valeant in eius fortuna, *τί γὰρ πέπρωται Ζηνὶ πλὴν ἀεὶ κρατεῖν;* Non respondet Prometheus, sed hoc ipsum nobis est quaerendum. Neque

---

53) Est vero haec Jovis *μοῖρα*, ut, simulac potentiam conquisivit, sit potentissimus, *ἀεὶ γὰρ εὖ πίπτουσιν οἱ Διὸς κύβοι*, Soph. fr. inc. 84. Similis cogitatio subest Parcarum muneri, ubi Jovem cum Junone nuptiis junxisse dicuntur Arist. Av. 1774. Amor enim erga Junonem in ipsa Jovis natura positus est: propterea Venus dicebatur Parcarum natu maxima, Paus. I, 19, 2. Cf. Pindar. hymn. fr. 2. ubi Themidem Jovi nuptum Parcae adducunt.

54) Finge tibi cum Pindaro numina Veritatem, Pudorem, *Εὐθυμίαν*, Legem, Justitiam: has omnes eatenus Jove superiores dicere poteris, quatenus eam, quam quaeque significat, virtutem Jovi tribuisse cogitantur. Easdem vero eodem jure Jovis filias dicere potes. Nihil majus Aeschylo sunt Parcae.

obscura est res. Sicut ipse Jupiter suam habet naturam, suam fortunam: suam etiam habet eius pater Saturnus. Uterque aliquando mundum gubernat, utroque nemo est potentior. Ubi alterius natura et potentia cum altero confligit, nihil inter utrumque judicium ferre potest, nisi ipsa utriusque naturae et potentiae ratio. Hanc rationem significant Parcae, Parcis igitur certamen inter Jovem et Saturnum dirimendum est. Hoc ipsum, mythica quidem forma indicatum, testatur Aeschylus. Parcae enim, quae necessitatem in rerum omnium ratione positam gubernant, conjunguntur cum Furiis, neque alterae sine alteris huius, quae ad Jovem pertinet, necessitatis gubernandae habent potentiam, sed nonnisi consociatae: *τίς οὖν ἀνάγκης ἐστὶν οἰακοστρόφος; Μοῖραι τρίμορφοι μνήμονές τ' Ἐρινύες.* 516. Circumspiciamus, quid hoc loco sibi velint Furiae, quod complures mirati sunt, nemo expedivit. Furiae, id quod ipsae dicunt E. 417, quod generalem et constantem esse Aeschyli cogitationem mox ostendam, ratas faciunt exsecrationes, neque ullam aliam peculiarem habent potestatem. Revera de exsecratione quapiam cogitari, eo indicatur, quod *μνήμονες* vocantur Furiae: inania enim non dicit Aeschylus. Cuiusnam vero exsecratio Jovi perniciem minatur, nisi unius solius Saturni? Et hoc ipsum dixit poeta: *πατρὸς δ' ἀρὰ Κρόνου τότ' ἤδη παντελῶς κρανθήσεται, Ἥν ἐκπιτνῶν ἠρᾶτο δηναίων θρόνων,* Pr. 910. Itaque Saturni exsecratio, Saturni *Ἐρινύες* illam gubernant necessitatem, quae ad Jovis naturam pertinet, illam *πεπρωμένην*, quam ipse evitare non potest. Rata fieri potest haec exsecratio nonnisi per solum ipsum Jovem, a nemine everti potest Jupiter, nisi a se ipso, *αὐτὸς πρὸς αὑτοῦ κενοφρόνων βουλευμάτων τύραννα σκῆπτρα συληθήσεται* Pr. 761.

sq. victorem suum sibi παρασκευάζεται Ἐπ' αὐτὸς αὐτῷ Pr. 921. Clarius et certius poeta eloqui non poterat, in sola Jovis natura et in sola ratione filii cum patre omnia versari [55]). Neque si modo pugna talis statuitur, qua alter deus supremus ab altero deo supremo filio suo evertitur, haec alia ratione cogitari poterat; hac autem ratione optime et cogitari et pro vera haberi poterat ab homine Graeco. Vides quam decore senserit Aeschylus, cui persuasum erat, patri hanc pietatem deberi etiam a deo supremo, licet hic coactus fuerit ad patrem evertendum, scilicet ut rerum potiretur is, qui Jupiter erat et solus esse poterat, deus divinus. Quae reliqua de hac ratione dicenda sunt, invenies §. 32.

Neque hanc solus Aeschylus fovebat cogitationem. Pugnam de mundi dominatu apud Hesiodum quoque gubernant Furiae, ibi vero aliter se habet ratio eorum, qui pugnant. E Coeli cruore, quod Saturnus effundit, gignuntur Furiae, Theog. 185, quod nihil declarat, nisi ob facinus illud impium erga patrem commissum Saturno instare ultionem, quam patris exsecratio ei immissura sit, quae ipsa commemoratur v. 210. Et ita postea etiam res narratur, Coelus enim ipse Rheae consilium dat, quomodo Jovem clam partu edere possit, scilicet ut ultionem, quam

---

55) Vides hic in quo differat Aeschyli mens a Pindaro. Uterque oraculum agnoscit, e quo Jovem maneat pernicies, uterque hoc irritum fore habet persuasum: Pindarus vero, licet alibi fatum Jovis arbitrio prorsus subjiciat, hoc tamen e fato repetit, εἵνεκεν πεπρωμένον ἦν, neque fontem habet, unde hoc fatum derivet, Isthm. VII, 33; Aeschylus fatum omnemque eius potentiam in ipsa collocat ratione Jovis cum patre.

Coelus postulat, per hunc filium perficiat, *τίσαιτο δ' ἐρινῦς πατρὸς ἑοῖο*, v. 472. Ibi igitur Jupiter ipse cum Furiis consociatus est, et quod ipse perficit idem est, quod Furiae agunt: cum apud Aeschylum ea prematur cogitatio, quod hoc facinore adversus patrem perpetrato ipse Furiis redditur obnoxius. Et idem hoc videtur inesse in loco Epimenidis (Schol. Soph. O. C. 42.) *ἐκ τοῦ (Κρόνου) καλλίκομος γένετο χρυσῇ Ἀφροδίτῃ Μοῖραί τ' ἀθάνατοι καὶ Ἐρινύες αἰολόδωροι.* Ad Saturnum referuntur, quae ab Hesiodo ad Coelum, Venus pariter ac Furiae; Parcae, ut apud Aeschylum, cum Furiis consociantur; Furiae, ut in Eumenidibus describuntur, dicuntur *αἰολόδωροι.* Probabile igitur judicabis, hanc ipsam cogitationem de periculo, quod Furiae propter facinus contra Saturnum commissum Jovi minantur, Aeschylum sumsisse ex Epimenide, licet ea fabularum forma servata, quam praebebat Hesiodus.

Removetur illud periculum sapientia Jovis, qui, imperio satis firmato, vincula Saturni, quae solvi posse monet Apollo, E. 645. sq. revera solvit: *λῦσε Ζεὺς ἄφθιτος Τιτᾶνας* Pind. Py. IV, 291; hymn. fr. 6: Saturnum cum sociis antea in Tartarum detrusum (Pr. 220) liberatum videmus in Prom. soluto, ibi enim constat e Titanibus chorum fuisse compositum, qui ex insulis beatorum in flumine Oceano sitis profecti esse videntur ad Prometheum. Patet igitur, filium cum patre esse reconciliatum: itaque Furiarum, quae exsecrationem ratam erant facturae, potentia fracta est a Jove, et Parcae, quae nonnisi in societate Furiarum aliquid de eo valebant, nunc nihil agendum habent, nisi quod ipse jubet [56], qui *πάντ' ἄνω τε καὶ κάτω*

---

56) Itaque Phidias et Theocosmus Jovis Olympii, quem Megaren-

Στρέφων τίθησιν οὐδὲν ἀσθαίνων μένει. Rem ita se habere per se jam necesse est, ubi enim deus vere divinus vivit et viget, locum non habent numina illa obscura et fluctuantia. Sed ne deest quidem Aeschyli testimonium, quod Parcae ante Jovis deorumque Olympiorum potentiam evanuerunt et nihil amplius valent, nisi quod Olympii iis concedunt. Pertinent enim ad genus deorum priscorum, quod se ab Olympiis antiquo honore privatum esse ubique conqueritur: sunt *θεαὶ ἀρχαῖαι, παλαιαὶ δαίμονες*, E. 728; sunt sorores Noctis, quae ad tenebricosum illud regnum pertinet, quod everterunt Olympii, quin etiam E. 728 ipsae dicuntur decipi ab Apolline et vino quidem, quod male e textu ejicere voluerunt interpretes, patet enim Aeschylum de his numinibus tenebricosis et priscis non sine ironia quadam esse locutum. Cf. Eur. Alc. 12: *Μοίρας δολώσας*. Vides hac Apollinis de Parcis victoria ipsas superari leges naturae: *βροτοί* redduntur *ἄφθιτοι*, E. 724. Ita dicitur Apollo Furiarum *παλαιγενεῖς μοίρας φθίσας*, E. 173. Ubicunque enim poeta Parcas commemorat, venerationem

---

sibus fecerunt, capiti Parcas addiderunt, significantes *τὴν πεπρωμένην μόνῳ οἱ πείθεσθαι*, Paus. I, 40, 4. Cf. Böttiger. mytholog. techn. Jov. p. 28. sqq. Maximus tunc earum honor is est, quod Jovi assident, *Μοῖραι Διὸς αἵ τε παρὰ θρόνον ἀγχόταται ἑζόμεναι* Soph. fr. inc. 3. Apud Aeschylum nehunc quidem habent sibi relictum. Pindarus Jovi eas cogitat subjectas, in maiore tamen, quam Aeschylus, honore eas habens, quas praedicat *βαθύφρονας*, N. VII, 1; *ὑψιθρόνους* Isthm. V, 16; quae quidquid instituitur ratum faciunt et firmant Ol. VII, 64; XI, 51; idque in prima origine, sociae Lucinae, N. VII, 1; quae sanctitati vinculorum affinitatis prospiciunt Py. IV, 145.

nullam videmus [57]), ne eam quidem, quae Eumenidibus tribuitur, ubique vero funesta ac lugubris, quae earum est,

57) Locus enim, quem pro honore Parcarum afferunt E. 963—967 Parcas spectare non potest, sed solas Eumenides ipsas, quarum honores recensentur, quorum honorum unus est is, quod Parcarum vetustarum et βαρυδοτειρῶν sunt cognatae. Nulla enim causa exstat, cur ibi Parcae celebrentur, neque Parcae possunt intelligi, nisi mutato τῶν in καί, tum contra codices, tum contra verisimilitudinem, omnia enim, quae ibi recensentur, sunt ea ipsa, quae ab Eumenidibus repetuntur: felicitas, 956, cf. 938; faustae nuptiae, 960, cf. 835; justitia, 963, cf. 910; quod omnium domorum sint communes, 964, cf. 895; omnium curam gerant, 965. cf. 930; per omne aevum, ib. cf. 898; honor summus apud justos homines, 966, cf. 805, 891, 994. (κύρι' ἔχοντες vertendum est: cum hoc vobis peculiare sit, haud vero: quibus hoc peculiare est, tum enim dicendum esset ἔχουσαι) — Fefellit vero interpretes, quod locus choro Eumenidum tribuitur, quas haec de se ipsis praedicare ineptum est. Imo loquuntur Areopagitae, iidem qui postea dicuntur προπομποί 1005, qui Eumenides invocant, omnium Atheniensium vice fungentes (ipsi ἀστῶν τὰ βέλτατα v. 487), quos ipsa ad dicendum, licet non disertis verbis, provocavit Minerva v 949; qui his versibus et 976—987 ea precantur, quae precari Athenienses jubet Minerva, illis quidem posterioribus id, ut civium firmetur concordia, cui prospicere ipsos Areopagitas jussit Minerva v. 693 sqq. Itaque aemulantur Minervam bonis verbis adhibendis, quod ipsum laudans indicat dea, ἀγαθῶν ἔρις ἡμετέρα, celebrans facundiam, qua antea ipsa, nunc Areopagitae excellunt, v 968—975. Eosdem, quod bene dixerint, denique collaudat Minerva v. 998. sqq. φρονοῦντας γλώσσης ἀγαθῆς ὁδὸν εὑρίσκειν. Vide quam egregia huic distributioni respondeat rhythmorum comparatio. Inter stropham et antistropham priorem compositam ex versibus trochaicis, qui-

potentia premitur *Μοῖρα βαρυδότειρα μογερά.* Th. 975. Tristifica est, quia libertatem humanam coercet: itaque diis Parcae non imperant, et minime omnium Jovi, qui solus ab omni lege liber est, Pr. 50.

7.

Expediamus hoc loco etiam reliquorum interpretationem vocabulorum, quae simile aliquid declarant. Naturae rerum singularum sunt variae, aliae meliores, aliae pejores, haec fortior, illa infirma. Res confligunt, conflictum dirimit ratio, quae inter naturas intercedit. Haec ratio dicitur *ἀνάγκη*: quae vox usurpatur in aliis locis de quavis potentia superiore, Pr. 514; E. 426, 550, praecipue de voluntate divina, quippe quae humana sit multo potentior, Ag. 218 (de jussu Dianae); P. 293; Pr. 16, 72, 105; in aliis de servitute debellatorum Ag. 902, 1042; Ch. 75; in aliis de ipsis vinculis Pr. 108, 1052; de morte P.

---

bus benedicunt Eumenides Atheniensibus, insertum est longius systema anapaesticum, 927—937, quo Minerva earum auctoritatem in rebus humanis exponit. Sequuntur tria breviora systemata anapaestica, quibus Minerva dicit, quae pertinent ad Areopagitarum preces his systematis insertas, mesostropham et mesantistropham e versibus maximam partem dactylicis constantem. Deinde sequuntur ultimae binae orationes Eumenidum, e trochaicis compositae, stropha et antistropha posterior, inter quas insertum est systema longius anapaesticum Minervae, quod respondet illi priori posito inter priores Eumenidum preces. Quae Eumenides dicunt, proferuntur versibus trochaicis, quae Areopagitae, dactylicis, pariter atque illa quae in fine tragoediae canunt iidem v. 1032—1047.

569. — τὸ πεπρωμένον eodem sensu, quo μοῖρα, dicitur de iis, quae in ipsa alicuius natura et conditione posita sunt et ex hac necessario prodibunt, Ag. 68, 684, 1657 (de morte); fr. 295; Pr. 103, 512, 518 (de ipsa Jovis natura); 753, 815 (de voluntate Jovis) Pr. sol. fr. 182 (de eo, quod Herculem maneat deo jubente). — Eadem vi in aliis locis positum est τὸ μόρσιμον Pr. 933 (de immortalitate Promethei); S. 47 (de justo parturiendi tempore); Amym. fr. 11 et E. 217 de nuptiis; in aliis de morte, S. 787; Ch. 103; Ag. 1048, in aliis de iis, quae dii constituerunt Ag. 157; Ch. 464; S. 1048 de suprema Jovis voluntate [58]); Th. 263, 281. — Etiam αἶσα justam rei rationem naturalem indicat: quacum quod concinit, dicitur καταίσιον (Ag. 1598), ἐναίσιμον (Ag. 775): quod ei adversatur, παρ' αἶσαν (S. 79.); quod eam excedit ἐξαίσιον (S. 514). Hanc vitae conditionem, quae necessitate evenit, αἶσα indicat, Ch. 77; Pr. 104; mortem, θανατηφόρος αἶσα, Ch. 369, 927. Alibi est quod dii constituunt, κράτος αἴσιον de omine Ag. 104, αἶσαν Jupiter gubernat [59]), ὀρθοῖ πολίῳ νόμῳ, S. 673, Io iter a Jove designatum perficit ἐν αἰσᾳ S. 545; qui Jovem et Justitiam parum colunt, iis Αἶσα ultorem immittit, Ch. 648. — πότμος est modo vitae sors et conditio, Ag. 1005; P. 709; Pr. 119, 198; modo mors, Th. 899. — τὸ μέλλον, quod futurum est, Pr. 102, 211; Ag. 250, 1240; quod quidem dii adducunt Pr. 373 (τὸ μέλλον ἐκ θεῶν); 454; S. 1057. — νέμεσις similis est

---

58) τὸ μόρσιμον Διόθεν πεπρωμένον, Pind. N. IV, 61.

59) Διὸς αἶσαν, Solon. XV, 1. Pind. Ol. IX, 42; N. VI, 13; Isthm. fr. 4 v. 2.

μοῖρα, sed ita, ut severa lege omnia distribuere soleat, δράσαντι παθεῖν assignans. Ch. 313. Haec etiam nihil agit, nisi quod deorum jussa perficit Ch. 235; Heet. lutr. fr. 244. — In his omnibus ultimam rerum rationem non invenimus: relegamur ad deos legislatores. Nam in vocibus ἀλάστωρ, quae genium Ultorem, δαίμων, quae fere idem, quod θεός declarat, μόρος, μόριμον λάχος (Ch. 361); κήρ (Ag. 206; Th. 777) quae mortem significat, supremam illam legem inesse non posse, per se jam satis apparet. — εἱμαρμένα apud Aeschylum legitur nonnisi Ag. 913, et ibi de Agamemnonis institutis. De divinis Soph. Tr. 169.

8.

Cum Parcis Furiae consociantur. Quae originem repetunt ex ἄτη, quae proprie est noxa damnumque alicui illatum S. 444, 470. (ἄτη φρενός stultitia, insania S. 850; Th. 601, 687; Ag. 388; idem quod νόσος φρενῶν P. 790) praecipue vero miseries (Ch. 339; Ag. 1284; S. 110; Soph. Aj. 1189; El. 215) et tale damnum quo omnis hominis vis frangitur, quo aut revera necatur aut mortui instar habendus est (Ch. 272, 339, 1076; S. 164; Pr. 746, 886.) Alibi usurpatur de strage magna et de pernicie Th. 315, 954; Ag. 643, 735, 771 cett. Haec ultima seu vitae seu mortis pernicies, qua alter tantopere fractus est, ut manibus suis alterum non possit ulcisci, per deorum voluntatem, qui causam afflicti suscipiunt, se convertit contra alterum, a quo alteri inflicta est, διαλγὴς ἄτη διαφέρει τὸν αἴτιον παναρκέτας νόσου βρύειν (tristis pernicies differt auctoris discrimen, ut immani morbo impleatur) Ch. 68. cf. E. 372. δράσαντι γάρ τοι καὶ παθεῖν ὀφείλεται, fr. 268;

Ag. 1564; Ch. 313; e qua lege quivis ἔπραξεν ὡς ἔκρανεν, Ag. 369. Et sicut omnino gravis est ἀστῶν φάτις ξὺν κότῳ, δημοκράντου δ' ἀρᾶς τίνει· χρέος, Ag. 458; ita afflictus ille ἄτας ἐξαυδᾶται Ch. 172: velut: ταῦτ' ἐν μέσῳ τίθημι τῆς κακῆς ἀρᾶς, Ch. 145. Et ἐπήλαλαξαν ἀραὶ τὸν ὄξὺν νόμον, Th. 935; εὐχαὶ δύςποτμοι, Th. 819; κατεύγματα, 709; εὐκταῖα φάτις, 841; φθόγγος ἀραῖος οἴκοις, Ag. 235. Exsecrationi haec subest cogitatio: τὸ μόρσιμον μένει πάλαι, εὐχομένοις δ' ἂν ἔλθοι. Ch. 464. (Oppresso φθόγγῳ ἀραίῳ, Ag. 236, cohiberi potest ποινὰ ἀντίφονος ἄτα, E. 982.). Ortum hoc est e vetusto simplici more cogitandi, qui omnia etiam quae sola mente percipiebantur et in solis animis versabantur, ab ea repetebat origine, quam oculis cernere vel auribus audire poterat. Potentissimae dicuntur πολυκρατεῖς ἀραὶ φθιμένων, Ch. 406; est enim νόμος, φονίας σταγόνας χυμένας ἐς πέδον ἄλλο προσαιτεῖν αἷμα, Ch. 401: scimus μέμφεσθαι τοὺς γᾶς νέρθεν περιθύμως, τοῖς κτανοῦσί τ' ἐγκοτεῖν, Ch. 39; cf. 323. Tamen haec lustrari possunt, Th. 680, his exceptis εἴ τις ἤλιτεν βροτῶν ἢ θεὸν ἢ ξένον τιν' ἀσεβῶν ἢ τοκέας φίλους, E. 269, 356, 545. Ibi nullum λύτρον πεσόντος αἵματος πέδῳ, Ch. 48; ibi δι' αἵματ' ἐκποθένθ' ὑπὸ χθονὸς τροφοῦ Τίτας φόνος πέπηγεν οὐ διαῤῥυδᾶν, Ch. 66; ibi πόροι πάντες ἐκ μιᾶς ὁδοῦ βαίνοντες τὸν χερομυσῆ φόνον καθαίροντες ἰοῦσαν ἄτην, Ch. 72: et hac quidem via, quod eo Jupiter mittit ὑστερόποινον ἄταν. Ch. 363. Tales igitur ἀραὶ et praecipue quidem γενέθλιοι, Ch. 912, redduntur ἀληθεῖς, Th. 944; τέλειαι παλαίφατοι ἀραί, Th. 766, 695, 832: easque ratas faciunt, τελοῦσι (Th. 785), ἐπικραίνουσι (Th. 887) Ἐρινύες.

Has nihil esse, nisi iram (κότον, Ch. 40, ὀργάς Ch. 326) eorum, contra quos scelus est commissum, exsecratione

pronuntiatam, quae sicut *δίκη*, *μοῖρα*, *τύχη* pro re et ratione tanquam numen cogitatur, innumerabiles ostendunt loci: *Ἄρα Ἐρινύς πατρός* Th. 70; *πατρὸς εὐκταῖα Ἐρινύς* Th. 721, 886; *πότνια Οἰδίπου σκιὰ μέλαιν' Ἐρινύς* Th. 976. Cf. Ag. 457 et 463; Th. 695 et 700, 787 et 791: E. 416, 508; Soph. O. C. 865, 1010, 1299, 1375, 1391, 1433; Aj. 1390; El. 111; Tr. 811; Eur. Or. 38; Hom. Il. XXI, 412; Od. XI, 279. Mortuis enim ea relicta est potentia, ut ultionem possint commovere, quod e precibus patet, quibus Orestes et Electra Agamemnonem invocant, Ch. 332, 456, 479, 495; *ὀτοτύζεται δ' ὁ θνήσκων, ἀναφαίνεται δ' ὁ βλάπτων· πατέρων τε καὶ τεκόντων γόος ἔνδικος ματεύει ῥοπάν, ἀμφιλαφὴς ταραχθείς.* Ch. 327. Apud Aeschylum ubique cognosci potest haec cogitatio principalis, Furias esse eas, quae exsecrationem ratam faciant Ch. 651. cf. fragm. Thebaid. apud Ath. XI. 465: *αἶψα δὲ παισὶν ἑοῖσι μετ' ἀμφοτέροισιν ἐπαρὰς Ἀργαλέας ἠρᾶτο, θεὸν δ' οὐ λάνθαν' Ἐρινύν.* Tamen interdum etiam nulla exsecratione pronuntiata scelera antiqua puniunt [60]) Ag. 749, 1433, 1580. cf. Th. 574; Pr. sol. fr. 179, v. 9.

Quod hac ratione perficiunt. Expellunt eos, qui *δμαίμους* (E. 605, 653, Th. 681) occiderunt, e domo (E. 421, 201; Ch. 1050, 1062) soli huic ipsi apparentes, cum ab aliis non conspiciantur (Ch. 1051, 1053, 1061), neque conspici debeant, dolor enim, quem homini infligunt, imprimis in habitus et aspectus earum foeditate positus est: illius vero oculis assidentes, Th. 695; magis magisque sese

---

60) Apud Sophoclem etiam quodvis scelus puniunt, El. 275, 488, 1388; Ant. 1075; Aj. 835; quin etiam pro iis habentur numinibus, quae quodvis malum hominibus inferant, Aj. 1034; Tr. 897, 1053; El. 1080; Teuc. fr. 3; Antig. 603.

ei obtrudentes, Ch. 1057; fugientem πρὸς αἷμα καὶ σταλαγμὸν ἐκμαστεύουσαι (E. 247, 253) perpetua persecutione urgentes, E. 139, 231, 244, 251: unde κύνες dicuntur Ch. 925, 1054, E. 132; carmine tristi et horribili (Ag. 645, 990, 1191; Ch. 475) eum obstringentes et vincientes (E. 306, 332); et usque ad insaniam stupefacientes (E. 330; Ch. 288, 1024); et quamvis fortissimo membra frangentes, E. 370; Th. 791; clandestino aggressu superbos securos debilitant, E. 373; Ag. 463, 553, 935, neque hos quidquam potest servare, Ag. 467; E. 299, 261; οὐκ ἔστι γῆρας τοῦδε τοῦ μιάσματος, Th. 682, 738. Correpto vivo sanguinem exsugunt (ἰαροπῶτις) E. 264, 184, 302, 359, vivum (ἰσχνάσασαι morbis foedis corpori injectis Ch. 275—296) ad inferos detrahunt, E. 267, 305, 338: eum etiam, qui scelus occultavit, detegentes et punientes E. 317; solumque hominem integrum et purum nulla earum ira aggreditur, ut incolumis vitam degat, E. 313. Ille vero ne apud inferos quidem securus est E. 340, 322, 273; S. 228, 416. Opprobria mortuorum reliquorum erga socium sceleratum habes E. 96; Ag. 1555. Et eadem ratione eius progenies a Furiis vexatur, τὰ γὰρ ἐκ προτέρων ἀπλακήματά νιν πρὸς τάςδ' ἀπάγει E. 934; καὶ μὴν πεπωκώς γ', ὡς θρασύνεσθαι πλέον, Βρότειον. αἷμα κῶμος ἐν δύμοις μένει, Δύςπεμπτος ἔξω ξυγγόνων Ἐρινύων. Ὑμνοῦσι δ' ὕμνον δωμάσιν προςήμεναι Πρώταρχον ἄτην. Ag. 1188. Quanam hoc fiat ratione, ipse declarat Aeschylus: τὸ γὰρ δυσσεβὲς ἔργον μέτα μὲν πλείονα τίκτει, σφετέρᾳ δ' εἰκότα γέννᾳ, Ag. 758, 769; Ch. 402: βοᾷ γὰρ λοιγὸν Ἐρινὺς, Παρὰ τῶν πρότερον φθιμένων ἄτην Ἑτέραν ἐπάγουσαν ἐπ' ἄτῃ. Cf. Ch. 577, 648, 692; Ag. 155, 1119, 1565, 1601; Th. 741, 833, 842, 951, 1054; Pind. Ol. II, 41. Exempla scelerum omnium,

quae punienda habent Furiae, praebet Aeschylus, quae recenset E. 269. Saepissime commemoratur impietas adversus parentes, quae tum Oedipi filiis, etsi manum contra patrem non sustulerint, tum Oresti miseriem infligit. Impietatis etiam est negligere ultionem parentis, itaque Apollo Oresti, si patrem neglecturus sit, minatur *προςβολὰς Ἐρινύων*, profecto haud minus terribiles, quam quibus postea propter matris parricidium vexatur, Ch. 271 — 296, 925 (*τὰς τοῦ πατρὸς δὲ πῶς φυγῶ παρεὶς τάδε;*). — Impietatis adversus hospitem clarissimum exemplum dedit Paris, Ag. 362, 399, 702: qua de causa eius carmen nuptiale in planctum pervertit Furia, Ag. 749. Erga deos peccatur in evertendis aris Trojanis, quod saepius indicatum (Ag. 338, 527) Furiae puniunt (645) per illam tempestatem *οὐκ ἀμήνιτον θεοῖς*, 649, cf. 645. Simile exemplum praebent Persae, qui aras et templa Graeca evertunt P. 808 — 828, simile Lycurgus et Pentheus in tragoediis ad Bacchi res gestas pertinentibus. Ne liberos quidem, si a parentibus impie tractantur, deficit ultio Furiarum, quas Clytaemnestra suscitat ad vindictam sumendam de nece Iphigeniae, Ag. 1433, 1398, 1527, quam ipsam mente non incolumi ab insania, quam Furiae mittunt, paraverat Agamemnon, Ag. 223: in cuius domum propter vetusta Thyestis et Atrei scelera irruperant. Ag. 1580, 1189. Haec vero novorum semper scelerum pariter ac poenarum in domibus sceleratis parandarum potentia propria est genii Alastoris.

Speciem et habitum [61]) Furiarum descriptum habes

---

61) Primus Aeschylus Furiarum crines serpentibus implicuit, Paus. I, 28, 6: ubi in earum simulacris, quae Athenis erant, nihil terribile infuisse dicitur. Ibi enim erant *Εὐμενίδες*, *Σε-*

E. 46 sqq., 69, 387; Ch. 1057; Th. 699. Noctis tristificae filiae dicuntur E. 321, 416, 745, 792, 845: et sicut inter homines ibi tantum versantur, ubi foeda et turpia contrahuntur piacula, E. 180, ita domus earum est in foeda Tartari caligine, E. 72: *κακῶν δ' ἔκατι κἀγένοντο.* Cf. 125. Itaque diis Olympiis sunt invisae, Th. 720; E. 70, 73, 410, 644, (itaque *ἀεὶ παρθένοι* Soph. Aj. 835. Aesch. E. 68); et maxime omnium Apollini, qui ne commemorare quidem eas potest sine detestatione. Et a diis Olympiis sunt debilitatae, honores iis erepti: id quod Apollo dicit: *ἔν τε τοῖς νέοισι καὶ παλαιτέροις Θεοῖς ἄτιμος εἶ σύ* E. 721; quod idem ipsae: *θεοὶ νεώτεροι παλαιοὺς νόμους καθιππά-*

μναι, Thuc. I, 126; Demosth. Mid. 32, 6: nomen vero Eumenidum non Atticum erat, sed Sicyonium, unde factum videtur, quod Aeschylus in ipsis sermonibus tragoediae eo non utitur, sed simili vocabulo *εὔφρονες*. Legitur tamen illud Soph. O. C. 42. Foeda illa et fastidiosa specie, quam Böttigerus excogitavit, eas ab Aeschylo esse indutas, minime est credibile. Severum autem, quin etiam terribilem vultum ab iis non abjudicabimus, collato praesertim loco Ch. 1058: *κἀξ ὀμμάτων στάζουσιν αἷμα δυσφιλές.* (Etenim ubi earum ira est excitanda, in Attica etiam dicuntur *Ἐρινύες*, velut in epigrammate heroi, Corp. inscr. 916). Quamquam nemo sibi persuadebit, tale quidquam revera pictum fuisse in persona, nisi qui parum reputat, quid in rebus scenicis leviter significare, quid exprimere soliti sint Graeci. Versus fabulae finem, ubi animum et indolem mutant, habitum etiam aliqua ratione mutatum esse consentaneum est: ut ex Arcadum fabula Oresti antea nigris, deinde candidis vestibus indutae apparebant, Paus. VIII, 34, 3. Talia leviter in scena Attica significabantur.

σασθε κἀκ χερῶν εἵλεσθέ μου, 779. Natae sunt antiquitus ubi prima impietas a primo filio adversus patrem primum commissa est: hanc ultionis legem tuentur et efficiunt in omnibus, de quibus potentiam possunt nancisci. Frangitur vero haec potentia prima vice jam eo, quod Jupiter facinoris versus Saturnum perpetrati poenam non luit, et nunc nihil amplius valent, nisi quod ipse iis concedit. Concedit vero, ut eadem agant, quae antea agebant, modo pro potentia innata habeant potestatem, eamque a se ipso repetant suoque obtemperent summo arbitrio. Itaque ab eo et a diis Olympiis, ab Apolline, a Pane mittuntur contra eos, qui piaculum contraxerunt Ag. 55 sqq. Ch. 383; Ζεὺς γὰρ αἱματοσταγὲς ἀξιόμισον ἔθνος τόδε λέσχας ἃς ἀπηξιώσατο, E. 365; diique Olympii has curas aspernantur iisque tribuunt administrandas. E. 360 [62]). Itaque neminem Furia aggreditur, a quo sacrificia dii acceperunt, Th. 699. Hoc iis relictum est γέρας παλαιόν, hactenus dicere possunt οὐδ' ἀτιμίας κυρῶ E. 395; huius etiam ministerii a superis iis concessi ratione habita homines iis sacra faciunt, quae enarrantur E. 106. Quantopere vero Jovi sint subjectae, inde apparet, quod ubi cum Apolline in judicio litigantur, obmutescunt, simulac Jovis auctoritatem profert Apollo, remque alio vertunt et Apollinis modo testimonium in suspicionem vocare conantur, E. 621, 640, 652, 719.

---

62) ἐμαῖσι λιταῖς v. 362 significat »preces quibus ego invocor,« illud ἰὼ δίκα ἰὼ φρόνοι τ' Ἐρινύων. v. 511. Simile est πρὸς μακάρων λιτάς Th. 214; cf. S. 270; λιτὰς καὶ κληδόνας πατρῴους Ag. 238.

Athenis judicio mortalium, qui ipsi sicut Orestes, deorum ope et clementia egent, honores Furiarum sunt minuti, quae jam ad acerbissimam iram concitatae (βαρύκοτοι) terrae Atticae pestem se immissuras esse minantur intestinam. Satis valet Minerva, Atheniensium dea gentilicia, ut has minas vi propulset (E. 826, 899) sed maiorem rem conatur. Concedit iis venerationem, leviter deinde, cum conciliari nolint, ipsa Jovis fulmine commemorato minatur, tum vero statim pergit ad exhortationes amicas. Neque frustra hoc facit, missis enim minis nonnisi lamentantur Furiae, ira nondum pacata, quam grandaevis ignoscens et indulgens nunc omnibus utitur artibus facundiae; usque dum reconciliatae sedem τιμίαν πρὸς δόμοις Ἐρεχθέως accipiant. Ita illae δυςπαρήγοροι, E. 384; αἱματηραί, Ch. 477; ἔγκοτοι Ch. 924, 1054; μαινάδες, E. 500; πνέουσαι μένος ἅπαντά τε κότον, E. 840; δυςάρεστοι, E. 928; ἀγρίως ἀπανηνάμεναι, E. 972, nunc θέλγονται καὶ μεθίστανται χόλου, E. 900; quin etiam pro ὕμνῳ δεσμίῳ φρενὸς nunc terrae ἐφυμνοῦσι quidquid mortalibus prosperum contingit, 902: quam clementiam pariter et honorem tenent in omne aevum, quippe quem superi iis assignaverint, cum per se hanc potentiam adipisci non possint (896 sqq.) ὡς μήτιν' οἶκον εὐθενεῖν ἄνευ σέθεν 895. Quae pollicentur ita perficiunt ut κατὰ γῆς σύμεναι (eo, ubi omnia sunt, quae evanuerunt) omnia quae noxam afferre possint, cohibeant (κατέχουσε τὸ ἀτηρόν) E. 1007; itaque suam ipsarum potentiam, quae malis modo parandis nata est, irritam faciunt [63]. Manent

---

63) Subesse iis, quae polliceantur, cogitationem, omnia bene evenire iis, qui parentes pie colant, monet Lobeck. de trito-

severae, σεμναί, acerbae contra impios, quos in posterum quoque clandestino morbo interimunt, 935, 910; erga pios vero mites et amicae, εὔφρονες, 992, 1030. Itaque πάντα τὰ κατ' ἀνθρώπους ἔλαχον διέπειν, 930, 964. Sicut ipsae pro carmine exsecrationis nunc dicuntur εὐφημεῖν, E. 1035: earum potissimum metu homines jubentur favere linguis, Soph. O. C. 130: et sacra earum tacite peraguntur a genere Hesychidarum. Schol. Soph. O. C. 487.

9.

Vocabulum ἀλάστωρ sive cum Hermanno [64]) a λάζεσθαι derivabimus (qui non recipiendus, non ferendus est), sive a λάζειν (ὑβρίζειν) unde λάσθη, unde etiam ἀλαζών repetendum videtur. Quod si concedis, eadem ratione qua μιάστωρ nunc sceleratum, nunc sceleris ultorem significat, quippe quos interiore hoc vinculo Graeci cogitarent conjunctos, quod in utroque scelus quasi repraesentatum est. Scelus necessario ultionem requirit, ab altero piaculo alterum progignitur, ut utrumque quasi unius cogitationis pars appareat. Itaque μιάστωρ, is qui piaculum contraxit (Ch. 944; Soph. O. T. 353; El. 275), ille quoque dicitur, qui piaculum ulciscitur E. 178; Soph. El. 603; Eur. Med. 1368. ἀλάστωρ apud Aeschylum et Sophoclem hunc alterum solum declarat. E. 236. — Jam piaculum ipsum ut deus quidam (S. 414) cogitatur, qui per scelus potentiam ad-

---

patr. II, p. 5. Cernimus vero in iisdem etiam cogitationem de numinibus ad terram pertinentibus, omnia enim, quae civitati addicunt, referuntur ad agrorum fertilitatem.

64) Soph. O. C. 1480.

eptus scelera sceleribus addit, cum ultores in ipsa sceleris poena ad novum piaculum contrahendam suscitet, et propterea mentem perturbet et corrumpat, P. 354. Talis *δαίμων ἀλάστωρ* dominatum exercet per totum Pelopidarum genus, et propter Atrei facinus contra Thyestem perpetratum Clytaemnestram adjuvat in caede Agamemnonis, Ag. 1502. (*Ἀτρέως ἀλάστωρ* est qui de Atreo vindictam sumit, minime vero Atrei anima ultrix) sed ita, ut is, quem ad scelus committendum suscitat, ipse culpa non destitutus sit, Ag. 1505 sq. *οὐκ ἀνελεύθερος* 1521.

Saepe sola vox *δαίμων* hunc genium declarat, Ag. 1468, 1477, 1569, 1660, 1665; Ch. 119; E. 560, 802; P. 345, 354, 472, 515, 725, 845, 911, 921. Mittitur hic etiam a Jove Ag. 1482; *Διὸς πράκτωρ σκοπός* S. 646, 381, qui nihil est nisi Jovis *ἱκταίου κότος* (S. 385) ipse ut numen cogitatus. Concidit hic *δαίμων ἀλάστωρ* saepe cum genio hominis sive generis alicuius male vertente: ita ut notiones vix amplius discernendae sint. Cuiuslibet enim hominis sors et fortuna quasi numen quodpiam cogitari potest, cuius nutu, quaecunque varia ei accidunt, dirigantur, qui *δαίμων* dicitur *ἀσινής* dum homo ipse incolumis servatur Ag. 1342, 1663; P. 601, 825; Th. 705; Ch. 513: impio autem facinore commisso *μετάτροπος* exsistit P. 942, 158: totamque nunc domum ad perniciem trudit Th. 812, 960.

10.

Quorum numinum omnium sedes est in tenebricosa regione subterranea, ubi cohibentur, si nihil inter mortales habent negotii, unde evocantur et emittuntur ad puniendos eos, quos indignos habet Jupiter, quos castiget,

Dominum et regem in his sedibus habent Orcum, qui cum Tellure matre et Mercurio princeps est inferorum. Propterea ipsa Tellus invocatur, ut mala in sese cohibeat [65]), P. 223; E. 1008; S. 899, Pr. 568; Ch. 45, (τοίανδε χάριν ἄχαριν ἀπότροπον κακῶν, ἰὼ γαῖα μαῖα, μωμένα μ' ἰάλλει), quippe quae emittere possit tum monstra saeva et foeda nata e cruore quo polluitur S. 266; cf. Ch. 66; quorum non dissimilis est Argus γηγενὴς ἄκρατος ὀργήν Pr. 678; S. 305; tum Furias omnium terribilissimas, tum etiam horrenda mortuorum spectra, εἴδωλον Ἄργου ἄλευ δᾶ, ὃν οὐδὲ κατθανόντα γαῖα κεύθει, Pr. 568, et Clytaemnestram, quae in Eumenidibus Furias excitat. In intima enim terra (μύχῳ γᾶς) positum est mortuorum domicilium, ab hominibus longe remotum (Th. 613); longius etiam a diis Olympiis, S. 161; aedes Orci Pr. 433 [66]). Infra ipsam hanc immensa Tartari incipit vorago, ipso Orco inferior Pr. 154; E. 72; nigra, Pr. 219, 1051; caliginosa, Pr. 1025; quo omnes deorum hostes relegantur [67]), S. 155, e quibus Typhon premitur injecto monte Aetna Pr. 365. Neque discerni haec Typhonis vincula ab ipso Tartaro intelligimus e Pind. Py. I., 15, 17 sqq: unde patet, vicina cogitari regnum mortuorum et Tartarum et utrique imperare Orcum, Ἅιδην, quo ipso nomine significatur, nihil in eius ditione posse conspici [68]), ut si quae vi et

---

65) Γῆ κάτοχος Corp. inscr. 538, 939 in Attica.

66) Soph. Aj. 671.

67) Tartarus, filius Erebi (Soph. O. C. 1389) e Tellure Cerberum gignit, O. C. 1574; cf. Tr. 1100.

68) Ἀΐδηλος Ἅιδης Soph. Aj. 608, cf. 660.

potentia destituta sunt, eius imperio obtemperent necesse sit. Et propter hanc potentiam, quae non minor est in hac regione, quam Jovis apud superos, ipse vocatur *Ζεὺς ἄλλος*, de quo nomine dicendum est, ubi de Jove agemus. Itaque dicitur rex mortuorum, S. 791; P. 629; *τύραννος χθόνιος*, Ch. 358; P. 629, 640, 405, *μάκαρ χθόνιος*, Ch. 476; summus mortuorum judex et vindex, E. 273; puniens quae in his terris peccata haud expiaverunt [69], cf. S. 228; 416; idemque mortuorum servator, ut Jupiter vivorum, Ag. 1387; omnes homines recipiens et cohibens *ἀγησίλαος* fr. 451; *νεκροδέγμων*, Pr. 153; cf. Ag. 1292, 1528; Pr. 236; Teleph. fr. 217; P. 689: inde etiam carminibus evocatos emittit P. 650, quamquam non lubens. P. 690. A Sisypho decipitur [70] in dramate satyrico. Eius domum praeterlabuntur fluvii Acheron [71], Styx, Cocytus, quos omnes mortui trajiciunt, Ag. 1160, 1558; Th. 690, 856; P. 668. Uxorem habet Proserpinam [72] Ch. 490; Dairam, Psychag. fr. 262; filios Zagreum et Polyxenum, quibus nominibus nihil subest nisi lusus poeticus (Welck. Tril. p. 556, not. 863). — Propter hunc dominatum, quem de mortuis exercet, pro ipsa morte [73] Orci nomen usurpatur. P. 923;

---

69) Sophocli etiam in his terris ultionis curam gerit El. 183, 1391; apud inferos, Ant. 451, 519.

70) Soph. Ph. 449, 625.

71) Soph. El. 183, 812; lacus domum cingens, El. 137, Polyx. fr. 2. cf. Brunck. lex. Soph. *Ἀλίβας*.

72) Quam amore correptus domum detrahit Soph. Tr. 501. Quinam sint Orci amores, habes El. 542. De Proserpina mortuos recipiente cf. El. 110; Ant. 194; detrahentem vide O. C. 1548; *τὰν ἀφανῆ θεόν* O. C. 1556. 73) Soph. Aj. 1035.

Ag. 667 (Ἅιδης πόντιος); 1115, 1235. Itaque non re sed nomine differt a numine, quod Mortem [74]) dicit Aeschylus, quae nulla ara [75]) nullo cantu, nullis precibus possit placari [76]) Niob. fr. 147. cf. Ag. 569. E. 648. Voce κήρ pro ultima pernicie summisque aerumnis utitur Th. 1055; Ag. 206: pariter ac Soph. O. T. 472; Tr. 133.

Mortuorum animas robore inanes exhibet (in dram. satyr. Sisyph. profug. fr. 211.) [77]) et quibus vix aliquid grati facere possimus [78]) Hect. lutr. 244; attamen non misera fatigantur conditione (nisi quibus scelera luenda sunt [79]) ut Clytaemnestrae (E. 95.), ut Sisypho, qui ad volvendum saxum coactus est) sed pacata et tranquilla: ut iis, qui aerumnis in hac vita premuntur, omnium malorum in morte sit remedium [80]) Pr. 754. Philoct. fr. 227. (ὦ θάνατε, θάνατε - - μόνος γὰρ εἶ σὺ τῶν ἀνηκέστων κακῶν Ἰατρός, ἄλγος δ' οὐδὲν ἅπτεται νεκρῶν); fr. 412, 413; Th. 367, 684, 697, 703; P. 712, 915; S. 802; Ag. 539, 550; Ixion. 77. Inimicos reconciliat Th. 938.

11.

Atqui sicut hominum apud superos minime omnium

---

74) Soph. Aj. 854. 75) Cf. Paus VI, 42, 2.

76) Δαίμων δς οὔτε τοὐπιεικὲς οὔτε τὴν χάριν Ἅιδη· μόνην δ' ἔστεργε τὴν ἁπλῶς δίκην Soph. fr. inc. 52.

77) Soph. fr. inc. 35. 78) Soph. El. 356; Ant. 780. Itaque ipse Orcus dicitur ἀπότροπος, Aj. 608; μέλας, O. T. 30, ἕσπερος, 178; etiam senibus invisus Jobat. fr. 1. 79) Soph. O. T. 1372.

80) Soph. Tr. 104, 1087; Aj. 634; O. C. 1559.

aequalis est dignitas, quippe quorum reges et patricii a Jove diisque Olympiis sint progeniti divinumque servent sanguinem, ita etiam apud inferos magno, qui in his terris reges erant, fruuntur honore ipsorumque deorum sunt πάρεδροι, velut Agamemnon κατὰ χθονὸς ἐμπρέπων σεμνότιμος ἀνάκτωρ, Πρόπολός τε τῶν μεγίστων χθονίων ἐκεῖ τυράννων· Βασιλεὺς γὰρ ἦς, ὄφρ' ἔζης, Ch. 356; et Darius ἐκείνοις ἐνδυναστεύσας P. 691; δαίμων μεγαυχής 641; 620 [81]). Cogitatio haec, quae unicuique homini insita est, manere iis, qui decesserint, aliquid potentiae in eos quos ament, eoque maiorem eam, quo minus apertam se ostendat, universam procreavit venerationem heroum, quippe qui regio amore populos, quorum reges fuissent, essent amplexi, et ab origine divina satis retinuerint auctoritatis, qua etiam apud inferos aliquid valerent. Itaque ea potentia iis assignatur, quae ipsorum est numinum inferorum, Telluris, Orci, Proserpinae, et praecipue Mercurii, emittendi eventum prosperum, ἔσθλα σοι πέμπειν τέκνῳ τε γῆς ἔνερθεν ἐς φάος P. 222; cf. Ch. 140, 143, 147, 456, 480, 497, 502; E. 598. Ideoque dicuntur βαρύτιμοι χθόνιοι θήκας κατέχοντες, S. 26. δαίμονες ἀντήλοι in θάκοις σεμνοῖς Ag. 519. Ideo promittit Orestes sese cum mortuus foret, tuiturum esse rem Atheniensium, etiam contra ipsos Argivos E. 767. In honorem heroum δεύτερος κρατὴρ libari solebat, Epig. fr. 46. P. 220. Soph. apud Hesych. τρίτος κρατήρ. — Ex his opinionibus etiam repetenda est magna illa, quae exsecrationibus et irae mortuorum tribuitur, potestas, Ch. 40,

---

81) Amphiaraus ὑπὸ γαίας πάμψυχος ἀνάσσει, Soph. El. 841.

324, 420, 454. [82]) quam libationibus placare student, P. 610, 523; Ch. 22. sqq. Nonnulli heroes, diis carissimi, videntur esse translati in insulas beatorum: constat enim ab Aurora abductum esse Memnonem ab Achille occisum, et simile aliquid videtur inesse in loco de Iphigenia a Diana servata, Ag. 245. Cum Memnoni talis vita contigerit, vix putandum est, eam Achilli esse abrogatam. Cf. Pind. Ol. II, 79. De honore tumuli et sepulcri cf. Ag. 1548; Ch. 106, 430, 722; Th. 1008, 1058; P. 647, 1000; Soph. Antig. 1070, cett. Notum est, Aeschyli tempore maxime floruisse cogitationem de potentia heroum, cuius plurima apud Herodotum exstant exempla, e quibus id modo afferam, quod victoria Salaminia diis pariter et heroibus tribuitur VIII, 109: arcessiverant enim paulo ante proelium Aeacidas Aegina, VIII, 64, 83; ipsamque eam navem quae horum simulacra advexerat et paulo ante proelium ad classem advenerat, totius pugnae exordium fecisse contendebant Aeginetae; ib. 84; quin etiam ipsi Aeacidae flagrante certamine Aeginae visi esse narrabantur sub specie virorum armatorum, qui manus pro Graecorum classe protendissent. Plut. Them. 15.

12.

Amicum et comem animum magis, quam ipsi Morti et Orco, Telluri matri tribuit Aeschylus, quae in sinum

---

82) τελοῦσ' ἀραὶ, ζῶσιν οἱ γᾶς ὕπαι κείμενοι Soph. El. 1417. De libationibus cf. El. 431, 895.

mortuos recipit et fovet. Hanc ipsam cogitari terram, ipsam humum, cuius pars est tumulus et sepulcrum, patet e Ch. 722: *ὦ πότνια χθὼν καὶ πότνι' ἄκτη Χώματος ἣ νῦν ἐπὶ ναυάρχῳ σώματι κεῖσαι τῷ βασιλείῳ, Νῦν ἐπάκουσον, νῦν ἐπάρηξον.* Hanc implorant, ut divos emittat heroes, quos se adjuturos esse sperant, Ch. 489 (*ὦ γαῖ', ὅστις μοι πατέρ' ἐποπτεῦσαι μάχην*); cf. 127, 149, 540 (*εὔχομαι γῇ τῇδε καὶ πατρὸς τάφῳ, Τοὔνειρον εἶναι τοῦτ' ἐμοὶ τελεσφόρον*); P. 220, 629, 640. Haec si sub Cereris Eleusiniae nomine cogitatur, ipsa jam est e numero Olympiorum, eadem vero est ipsa tellus mortuos fovens, et propterea mystarum status post mortem est longe beatissimus. Sed de his cf. §. 18. Nunc e profundis terrae angulis in laetam prodeamus lucem. Tellus quatenus luce collustrata est, non magis caret veneratione, quam sinus eius profundus, qui mortuos et potentia fractos vi coercet. Haec enim telluris superficies ipsa est deorum hominumque mater *παμμήτωρ* (Pr. 90, cf. 1094.) et alma nutrix, ex hac imbribus coelum progignit greges et victum Cerealem [83]) (Dan. fr. 36; Ch. 127.) haec est regum antiquissimorum mater, S. 250: haec est hominum nutrix et patria, haec in singulis partibus et provinciis viros sibi educat, qui ea, quae partu ipsa edidit, defendant. *Γῆ μήτηρ φιλτάτη τρόφος· Ἡ γὰρ νέους ἕρποντας εὐμενεῖ πέδῳ Ἅπαντα πανδοκοῦσα παιδείας ὅτλον Ἐθρέψατ' οἰκιστῆρας ἀσπιδηφόρους Πίστους ὅπως γένοισθε πρὸς χρέος τόδε.* Th. 16. sqq. *ὦ Ζεῦ τε καὶ Γῆ καὶ πολισσοῦχοι θεοί*, 69; *ὧν πόλις, ὧν γῆ, καὶ λευκὸν ὕ-*

---

83) Propterea Athenis in arcis vicinia ex antiquissimo inde tempore conjunctae erant Tellus *κουροτρόφος* et Ceres *Χλόη* Paus. 1, 22, 3; Thuc. II, 25; Arist. Thesm. 300; et in pago Phly-

δωρ, δέξαιθ' ἱκέτην. S. 24. [83]), Et hanc illustratam summam tellurem in Eumenidum initio nomine Phoebae indicatam puto, quam Titanidem dicit Telluris filiam, quod idem de Themide legimus, quae etiam ipsa Tellus est. Parum enim intelligimus, cuinam alii numini ante Apollinem res sit cum oraculo Delphico, nisi quod a Tellure repetitum sit ipsiusque Telluris forma et nomen.

---

unte colebantur Tellus magna dea et Ceres ἀνησίδωρα, quae dona emittit. Paus. I, 31, 4. [84]) Cf. Soph. Oed. Col. 1480.

II. Regnum coeleste.

Jupiter.

13.

Jupiter, vincto patre grandaevo Saturno, rationis auxilio Titanes superavit, mundi imperium adeptus est. Duplici jam fretus est potentiae fundamento, tum naturae tum mentis viribus supremis [85]). Illarum validissima est fulmen, sedet enim in coelo τοῖς πεδαρσίοις κτύποις Πιστὸς τινάσσων τ' ἐν χεροῖν πυρπνόον βέλος (Pr. 916), quo telo licet terribilissimos prosternit adversarios (ὑπερήφανον θεοῖσι τοῖσι πάρος δείκνυσιν αἰχμάν, Pr. 404, 151, 165; Ag. 170), pro quibus omnibus describitur Typhonis clades Pr. 358; Th. 513. Et sicut hunc excussit e grandisonis jactationibus (Pr. 360), ut nunc nihil amplius valeat (ἐφεψαλώθη): ita hoc telo grandiloquum et impium quemvis justa poena prosternere solet, Th. 444, 255, 453, 630; Ag. 470; S. 35, 94; eoque utitur contra inimicos omnes [86]). Cf. Th. 430; Pr. 667, 992, 1017, 1044, 1062, 1082; E. 826;

---

85) Summa potentia et sapientia ornatum vide Soph. Polyx. fr. 3.

86) Soph. El. 823, 1063; Ph. 1198; O. T. 200; Pind. Ol. XI, 80.

Argiv. fr. 16. (cf. Nioh. fr. 148) quibus fulminis descriptionibus splendidiores neque exstant neque exstabunt. Proprium de omnibus rebus coelestibus Jupiter exercet imperium, de nubibus (S. 780), de ventis imbrem et fertilitatem ferentibus [87]), (Ag. 1391), ac sicut coelum totam terram amplectitur, ita ipse dicitur γαιάοχος παγκράτης S. 816. Sicut validissimus, est etiam sapientissimus, πᾶν μῆχαρ οὔριος, S. 594; quo quivis est σοφίστης νωθέστερος, Pr. 62; ἥμενον ἄνω φρόνημα Ἀνὸθεν ἐξέπραξεν ἔμπας ἑδράνων ἐφ' ἁγνῶν, S. 100. Omnem enim rem justo et apto tempore aggreditur, Ag. 365. Utrumque ei abrogatur a Prometheo, qui contendit, per exsecrationem Saturni et perversa (κενόφρονα) fore eius consilia Pr. 762, et fulmina eius Neptunique tridentem inferiora futura telis illis, quae nova illa ipsius proles inventura sit Pr. 922. Sed verum est, quod Oceaninae dicunt Prometheo: tu ea, quae cupis, Jovi ominaris (Pr. 928). Neque sapientia neque potentia Jovis franguntur, sapientia enim unicum illud removet, quod potentiae suae minatur, exsecrationem Saturni. Sed de hac satis dictum est.

Itaque Jupiter in omne aevum tenet mundi imperium [88]), αἰῶνος κρέων ἀπαύστου, S. 574: in eo enim conjugatur robur cum justitia, quo nullum contubernium est potentius (fr. 308). Justitia autem μεγιστότιμος (S. 709) tantopere eius est propria, ut ipsa eius filia perhibeatur;

---

87) Athenis erat simulacrum Telluris implorantis Jovem ut pluvium mittat, Paus. I, 24, 3; 32. 2.

88) Itaque in omnibus rebus a Jove principium faciendum est; velut in carminibus, Pind. N. V, 25; Ol. II, init.; in libationibus cett.

Th. 662; Ch. 949; ut id, quod Jupiter justum esse jubet, sit justissimum, τὸ μὲν δίκαιον τόδ' ὅσον σθένει, μαθεῖν· Ὅρκος γὰρ οὔτι Ζηνὸς ἰσχύει πλέον [89]), E. 619; ut omnis igitur justitia pendeat a Jove, neque id, quod Jupiter a Prometheo dicitur παρ' ἑαυτῷ τὸ δίκαιον ἔχων Pr. 186, quod ille quidem pro convicio profert, pro mendacio sed pro vero habendum sit [90]). Siquidem nullam Jupiter legem agnoscit, nisi quam ipse dedit, ἰδίοις νόμοις κρατύνων Pr. 402; νεοχμοῖς νόμοις ἀθέτως κρατύνων Pr. 150: itaque revera est τύραννος [91]), Pr. 10, 305, 310; βασιλεύς [92]), Ag. 355; P. 532; Soph. Tr. 127; τραχύς Pr. 35, 186; τραχὺς μόναρχος οὐχ ὑπεύθυνος, Pr. 324; ἐλεύθερος γὰρ οὔτις ἐστὶ πλὴν Διός, Pr. 50. Cf. Pr. 17, 40, 77, 162, 966. Neque ullas timet Jupiter minas, Pr. 952; neque unquam duxit vel ducet suspirium Pr. 579. In quibus omnibus nihil est deo supremo indignum, nihil quod tristicum dominum indicet; imo necessario prodeunt omnia e cogitatione regis, quo nemo potentior cogitari potest. Nam quod Prometheum μηδὲν μεῖον ἰσχύσειν Διός sperant Oceaninae, ab his eam tantum intelligi potentiam, quam ipse Jupiter concesserit, id ostendit, quod simul eum adhortantur, ut Jovis voluntati cedat Pr. 507 — 510. Et sicut inimicis inimicissimus est, τραχύς, οὐκ εὐπιθής,

---

89) Pind. Ol. XIII, 83. 90) Cf. §. 30.

91) ὑψιμέδων θεῶν τύραννος, Arist. Nub. 563; Soph. Colch. fr. 2; θεῶν παντάρχης παντόπτης O. C. 1085.

92) Solon. fr. XXIV: πρῶτα μὲν εὐχώμεσθα Διὶ Κρονίδῃ βασιλῆϊ, Θεσμοῖς τοῖσδε τύχην ἀγαθὴν καὶ κῦδος ὀπάσσαι. — Cf. Pind. Ol. VII, 34; N. V, 35; Isthm. VI, 5. Böttig. myth. techn. p. 31.

Dominum et regem in his sedibus habent Orcum, qui
Tellure matre et Mercurio princeps est inferorum. P
pterea ipsa Tellus invocatur, ut mala in sese cohibeat
P. 223; E. 1008; S. 899, Pr. 568; Ch. 45, (τοιάνδε χ
ἄχαριν ἀπότροπον κακῶν, ἰὼ γαῖα μαῖα, μωμένα μ' ἰάλ
quippe quae emittere possit tum monstra saeva et fo
nata e cruore quo polluitur S. 266; cf. Ch. 66; quo
non dissimilis est Argus γηγενὴς ἄκρατος ὀργὴν Pr. 6
S. 305; tum Furias omnium terribilissimas, tum ei
horrenda mortuorum spectra, εἴδωλον Ἄργου ἄλε
ὃν οὐδὲ κατθανόντα γαῖα κεύθει, Pr. 568, et Clyta
stram, quae in Eumenidibus Furias excitat. In inti
enim terra (μύχῳ γᾶς) positum est mortuorum domicilium
ab hominibus longe remotum (Th. 613); longius etiam
diis Olympiis, S. 161; aedes Orci Pr. 433 [66]). Inf
ipsam hanc immensa Tartari incipit vorago, ipso Orco i
ferior Pr. 154; E. 72; nigra, Pr. 219, 1051; caliginos
Pr. 1025; quo omnes deorum hostes relegantur [67]), S
155, e quibus Typhon premitur injecto monte Aetna Pr.
365. Neque discerni haec Typhonis vincula ab ipso Tart
ro intelligimus e Pind. Py. I, 15, 17 sqq: unde pate
vicina cogitari regnum mortuorum et Tartarum et utriq
imperare Orcum, Ἅιδην, quo ipso nomine significat
nihil in eius ditione posse conspici [68]), ut si quae v

---

65) [illegible] κάτοχος Corp. inscr. 538, 939 in Attica.

[illegible] Aj. 571.

[illegible]us, filius Erebi (Soph. O. C. 1389) e Tellure Cerb

[illegible], O. C. 1574; cf. Tr. 1100.

[illegible]ος Ἅιδης Soph. Aj. 608, cf. 660.

eptus scelera sceleribus addit, cum ultores in ipsa sceleris poena ad novum piaculum contrahendam suscitet, et propterea mentem perturbet et corrumpat, P. 354. Talis *δαίμων ἀλάστωρ* dominatum exercet per totum Pelopidarum genus, et propter Atrei facinus contra Thyestem perpetratum Clytaemnestram adjuvat in caede Agamemnonis, Ag. 1502. (*Ἀτρέως ἀλάστωρ* est qui de Atreo vindictam sumit, minime vero Atrei anima ultrix) sed ita, ut is, quem ad scelus committendum suscitat, ipse culpa non destitutus sit, Ag. 1505 sq. *οὐκ ἀνελεύθερος* 1521.

Saepe sola vox *δαίμων* hunc genium declarat, Ag. 1468, 1477, 1569, 1660, 1665; Ch. 119; E. 560, 802; P. 345, 354, 472, 515, 725, 845, 911, 921. Mittitur hic etiam a Jove Ag. 1482; *Διὸς πράκτωρ σκοπός* S. 646, 381, qui nihil est nisi Jovis *ἱκταίου κότος* (S. 385) ipse ut numen cogitatus. Concidit hic *δαίμων ἀλάστωρ* saepe cum genio hominis sive generis alicuius male vertente: ita ut notiones vix amplius discernendae sint. Cuiuslibet enim hominis sors et fortuna quasi numen quodpiam cogitari potest, cuius nutu, quaecunque varia ei accidunt, dirigantur, qui *δαίμων* dicitur *ἀσινής* dum homo ipse incolumis servatur Ag. 1342, 1663; P. 601, 825; Th. 705; Ch. 513: impio autem facinore commisso *μετάτροπος* exsistit P. 942, 158: totamque nunc domum ad perniciem trudit Th. 812, 960.

10.

Quorum numinum omnium sedes est in tenebricosa regione subterranea, ubi cohibentur, si nihil inter mortales habent negotii, unde evocantur et emittuntur ad puniendos eos, quos indignos habet Jupiter, quos castig

Dominum et regem in his sedibus habent Oreum, qui cum Tellure matre et Mercurio princeps est inferorum. Propterea ipsa Tellus invocatur, ut mala in sese cohibeat [65]), P. 223; E. 1008; S. 899, Pr. 568; Ch. 45, (τοίανδε χάριν ἄχαριν ἀπότροπον κακῶν, ἰὼ γαῖα μαῖα, μωμένα μ' ἰάλλει), quippe quae emittere possit tum monstra saeva et foeda nata e cruore quo polluitur S. 266; cf. Ch. 66; quorum non dissimilis est Argus γηγενὴς ἄκρατος ὀργὴν Pr. 678; S. 305; tum Furias omnium terribilissimas, tum etiam horrenda mortuorum spectra, εἴδωλον Ἄργου ἄλευ δᾶ, ὃν οὐδὲ κατθανόντα γαῖα κεύθει, Pr. 568, et Clytaemnestram, quae in Eumenidibus Furias excitat. In intima enim terra (μύχῳ γᾶς) positum est mortuorum domicilium, ab hominibus longe remotum (Th. 613); longius etiam a diis Olympiis, S. 161; aedes Orci Pr. 433 [66]). Infra ipsam hanc immensa Tartari incipit vorago, ipso Orco inferior Pr. 154; E. 72; nigra, Pr. 219, 1051; caliginosa, Pr. 1025; quo omnes deorum hostes relegantur [67]), S. 155, e quibus Typhon premitur injecto monte Aetna Pr. 365. Neque discerni haec Typhonis vincula ab ipso Tartaro intelligimus e Pind. Py. I, 15, 17 sqq: unde patet, vicina cogitari regnum mortuorum et Tartarum et utrique imperare Orcum, Ἅιδην, quo ipso nomine significatur, nihil in eius ditione posse conspici [68]), ut si quae vi et

---

65) Γῆ κάτοχος Corp. inscr. 538, 939 in Attica.

66) Soph. Aj. 671.

67) Tartarus, filius Erebi (Soph. O. C. 1389) e Tellure Cerberum gignit, O. C. 1574; cf. Tr. 1100.

68) Ἀΐδηλος Ἅιδης Soph. Aj. 608, cf. 660.

potentia destituta sunt, eius imperio obtemperent necesse sit. Et propter hanc potentiam, quae non minor est in hac regione, quam Jovis apud superos, ipse vocatur Ζεὺς ἄλλος, de quo nomine dicendum est, ubi de Jove agemus. Itaque dicitur rex mortuorum, S. 791; P. 629; τύραννος χθόνιος, Ch. 358; P. 629, 640, 405, μάκαρ χθόνιος, Ch. 476; summus mortuorum judex et vindex, E. 273; puniens quae in his terris peccata haud expiaverunt [69], cf. S. 228; 416; idemque mortuorum servator, ut Jupiter vivorum, Ag. 1387; omnes homines recipiens et cohibens ἀγησίλαος fr. 451; νεκροδέγμων, Pr. 153; cf. Ag. 1292, 1528; Pr. 236; Teleph. fr. 217; P. 689: inde etiam carminibus evocatos emittit P. 650, quamquam non lubens. P. 690. A Sisypho decipitur [70] in dramate satyrico. Eius domum praeterlabuntur fluvii Acheron [71], Styx, Cocytus, quos omnes mortui trajiciunt, Ag. 1160, 1558; Th. 690, 856; P. 668. Uxorem habet Proserpinam [72] Ch. 490; Dairam, Psychag. fr. 262; filios Zagreum et Polyxenum, quibus nominibus nihil subest nisi lusus poeticus (Welck. Tril. p. 556, not. 863). — Propter hunc dominatum, quem de mortuis exercet, pro ipsa morte [73] Orci nomen usurpatur. P. 923;

---

69) Sophocli etiam in his terris ultionis curam gerit El. 183, 1391; apud inferos, Ant. 451, 519.

70) Soph. Ph. 449, 625.

71) Soph. El. 183, 812; lacus domum cingens, El. 137, Polyx. fr. 2. cf. Brunck. lex. Soph. Ἀλίβας.

72) Quam amore correptus domum detrahit Soph. Tr. 501. Quinam sint Orci amores, habes El. 542. De Proserpina mortuos recipiente cf. El. 110; Ant. 194; detrahentem vide O. C. 1548; τὰν ἀφανῆ θεόν O. C. 1556.

73) Soph. Aj. 1035.

quae punienda habent Furiae, praebet Aeschylus, quae recenset E. 269. Saepissime commemoratur impietas adversus parentes, quae tum Oedipi filiis, etsi manum contra patrem non sustulerint, tum Oresti miseriem infligit. Impietatis etiam est negligere ultionem parentis, itaque Apollo Oresti, si patrem neglecturus sit, minatur *προςβολὰς Ἐρινύων*, profecto haud minus terribiles, quam quibus postea propter matris parricidium vexatur, Ch. 271 — 296, 925 (*τὰς τοῦ πατρὸς δὲ πῶς φυγῶ παρεὶς τάδε;*). — Impietatis adversus hospitem clarissimum exemplum dedit Paris, Ag. 362, 399, 702: qua de causa eius carmen nuptiale in planctum pervertit Furia, Ag. 749. Erga deos peccatur in evertendis aris Trojanis, quod saepius indicatum (Ag. 338, 527) Furiae puniunt (645) per illam tempestatem *οὐκ ἀμήνιτον θεοῖς*, 649, cf. 645. Simile exemplum praebent Persae, qui aras et templa Graeca evertunt P. 808 — 828, simile Lycurgus et Pentheus in tragoediis ad Bacchi res gestas pertinentibus. Ne liberos quidem, si a parentibus impie tractantur, deficit ultio Furiarum, quas Clytaemnestra suscitat ad vindictam sumendam de nece Iphigeniae, Ag. 1433, 1398, 1527, quam ipsam mente non incolumi ab insania, quam Furiae mittunt, paraverat Agamemnon, Ag. 223: in cuius domum propter vetusta Thyestis et Atrei scelera irruperant. Ag. 1580, 1189. Haec vero novorum semper scelerum pariter ac poenarum in domibus sceleratis parandarum potentia propria est genii Alastoris.

Speciem et habitum [61]) Furiarum descriptum habes

---

61) Primus Aeschylus Furiarum crines serpentibus implicuit, Paus. I, 28, 6: ubi in earum simulacris, quae Athenis erant, nihil terribile infuisse dicitur. Ibi enim erant *Εὐμενίδες*, *Σε-*

E. 46 sqq., 69, 387; Ch. 1057; Th. 699. Noctis tristificae filiae dicuntur E. 321, 416, 745, 792, 845: et sicut inter homines ibi tantum versantur, ubi foeda et turpia contrahuntur piacula, E. 180, ita domus earum est in foeda Tartari caligine, E. 72: *κακῶν δ' ἔκατι κἀγένοντο*. Cf. 125. Itaque diis Olympiis sunt invisae, Th. 720; E. 70, 73, 410, 644, (itaque *ἀεὶ παρθένοι* Soph. Aj. 835. Aesch. E. 68); et maxime omnium Apollini, qui ne commemorare quidem eas potest sine detestatione. Et a diis Olympiis sunt debilitatae, honores iis erepti: id quod Apollo dicit: *ἔν τε τοῖς νέοισι καὶ παλαιτέροις Θεοῖς ἄτιμος εἶ σύ* E. 724; quod idem ipsae: *θεοὶ νεώτεροι παλαιοὺς νόμους καθιππά-*

μναι, Thuc. I, 126; Demosth. Mid. 32, 6: nomen vero Eumenidum non Atticum erat, sed Sicyonium, unde factum videtur, quod Aeschylus in ipsis sermonibus tragoediae eo non utitur, sed simili vocabulo *εὔφρονες*. Legitur tamen illud Soph. O. C. 42. Foeda illa et fastidiosa specie, quam Böttigerus excogitavit, eas ab Aeschylo esse indutas, minime est credibile. Severum autem, quin etiam terribilem vultum ab iis non abjudicabimus, collato praesertim loco Ch. 1058: *κἀξ ὀμμάτων στάζουσιν αἷμα δυσφιλές*. (Etenim ubi earum ira est excitanda, in Attica etiam dicuntur *Ἐρινύες*, velut in epigrammate heroi, Corp. inscr. 916). Quamquam nemo sibi persuadebit, tale quidquam revera pictum fuisse in persona, nisi qui parum reputat, quid in rebus scenicis leviter significare, quid exprimere soliti sint Graeci. Versus fabulae finem, ubi animum et indolem mutant, habitum etiam aliqua ratione mutatum esse consentaneum est: ut ex Arcadum fabula Oresti antea nigris, deinde candidis vestibus indutae apparebant, Paus. VIII, 34, 3. Talia leviter in scena Attica significabantur.

pronuntiatam, quae sicut δίκη, μοῖρα, τύχη pro re et ratione tanquam numen cogitatur, innumerabiles ostendunt loci: Ἄρα Ἐρινὺς πατρός Th. 70; πατρὸς εὐκταῖα Ἐρινύς Th. 721, 886; ποτνια Οἰδίπου σκιὰ μέλαιν' Ἐρινύς Th. 976. Cf. Ag. 457 et 463; Th. 695 et 700, 787 et 791: E. 416, 508; Soph. O. C. 865, 1010, 1299, 1375, 1391, 1433; Aj. 1390; El. 111; Tr. 811; Eur. Or. 38; Hom. Il. XXI, 412; Od. XI, 279. Mortuis enim ea relicta est potentia, ut ultionem possint commovere, quod e precibus patet, quibus Orestes et Electra Agamemnonem invocant, Ch. 332, 456, 479, 495; ὀτοτύζεται δ' ὁ θνήσκων, ἀναφαίνεται δ' ὁ βλάπτων· πατέρων τε καὶ τεκόντων γόος ἔνδικος ματεύει ῥοπάν, ἀμφιλαφὴς ταραχθείς. Ch. 327. Apud Aeschylum ubique cognosci potest haec cogitatio principalis, Furias esse eas, quae exsecrationem ratam faciant Ch. 651. cf. fragm. Thebaid. apud Ath. XI. 465: αἶψα δὲ παισὶν ἑοῖσι μετ' ἀμφοτέροισιν ἐπαρὰς Ἀργαλέας ἠρᾶτο, θεὸν δ' οὐ λάνθαν' Ἐρινύν. Tamen interdum etiam nulla exsecratione pronuntiata scelera antiqua puniunt[60] Ag. 749, 1433, 1580. cf. Th. 574; Pr. sol. fr. 179, v. 9.

Quod hac ratione perficiunt. Expellunt eos, qui δμαίμους (E. 605, 653, Th. 681) occiderunt, e domo (E. 421, 201; Ch. 1050, 1062) soli huic ipsi apparentes, cum ab aliis non conspiciantur (Ch. 1051, 1053, 1061), neque conspici debeant, dolor enim, quem homini infligunt, imprimis in habitus et aspectus earum foeditate positus est: illius vero oculis assidentes, Th. 695; magis magisque sese

60) Apud Sophoclem etiam quodvis scelus puniunt, El. 275, 488, 1388; Ant. 1075; Aj. 835; quin etiam pro iis habentur numinibus, quae quodvis malum hominibus inferant, Aj. 1034; Tr. 897, 1053; El. 1080; Teuc. fr. 3; Antig. 603.

ei obtrudentes, Ch. 1057; fugientem πρὸς αἷμα καὶ σταλαγμὸν ἐκμαστεύουσαι (E. 247, 253) perpetua persecutione urgentes, E. 139, 231, 244, 251: unde κύνες dicuntur Ch. 925, 1054, E. 132; carmine tristi et horribili (Ag. 645, 990, 1191; Ch. 475) eum obstringentes et vincientes (E. 306, 332); et usque ad insaniam stupefacientes (E. 330; Ch. 288, 1024); et quamvis fortissimo membra frangentes, E. 370; Th. 791; clandestino aggressu superbos securos debilitant, E. 373; Ag. 463, 553, 935, neque hos quidquam potest servare, Ag. 467; E. 299, 261; οὐκ ἔστι γῆρας τοῦδε τοῦ μιάσματος, Th. 682, 738. Correpto vivo sanguinem exsugunt (ἰαροπῶτις) E. 264, 184, 302, 359, vivum (ἰσχνάσασαι morbis foedis corpori injectis Ch. 275—296) ad inferos detrahunt, E. 267, 305, 338: eum etiam, qui scelus occultavit, detegentes et punientes E. 317; solumque hominem integrum et purum nulla earum ira aggreditur, ut incolumis vitam degat, E. 313. Ille vero ne apud inferos quidem securus est E. 340, 322, 273; S. 228, 416. Opprobria mortuorum reliquorum erga socium sceleratum habes E. 96; Ag. 1555. Et eadem ratione eius progenies a Furiis vexatur, τὰ γὰρ ἐκ προτέρων ἀπλακήματά νιν πρὸς τάςδ' ἀπάγει E. 934; καὶ μὴν πεπωκώς γ', ὡς θρασύνεσθαι πλέον, Βρότειον. αἷμα κῶμος ἐν δύμοις μένει, Δύςπεμπτος ἔξω ξυγγόνων Ἐρινύων. Ὕμνοῦσι δ' ὕμνον δωμάσιν προςήμεναι Πρώταρχον ἄτην. Ag. 1188. Quanam hoc fiat ratione, ipse declarat Aeschylus: τὸ γὰρ δυσσεβὲς ἔργον μέτα μὲν πλείονα τίκτει, σφετέρᾳ δ' εἰκότα γέννᾳ, Ag. 758, 769; Ch. 402: βοᾷ γὰρ λοιγὸν Ἐρινὺς, Παρὰ τῶν πρότερον φθιμένων ἄτην Ἑτέραν ἐπάγουσαν ἐπ' ἄτῃ. Cf. Ch. 577, 648, 692; Ag. 155, 1119, 1565, 1601; Th. 741, 833, 842, 951, 1054; Pind. Ol. II, 41. Exempla scelerum omnium,

Themidem, Phoebem, Phoebum, Palladem, nymphas Coryçias, Bacchum, Plistum fluvium, Neptunum, καὶ τέλειον ὕψιστον Δία. E. 1—28. Argivorum deos ἀγωνίους, S. 209. Jovem, Apollinem, Neptunum, Mercurium; Ag. 509: Jovem, Apollinem, Mercurium, reliquos. Deos partui et juventuti faventes Dianam, Apollinem, Jovem S. 676-689. Numinibus nuptiis faventi et adversanti, Veneri et Dianae arbiter additur Jupiter S. 1031; cum Apolline et Pane mittit Furias, Ag. 56; [114]) cum Apolline et Minerva Oresti faventibus Jupiter servator conjungitur, E. 760; idem servator tertius [115]) additur superis et heroibus S. 27; additur etiam Jupiter servator Jovi et Junoni nuptiarum tutoribus et heroibus in libatione, Epig. fr. 46; additur

---

114) Iidem, Pan, Apollo, Jupiter conjunguntur Soph. Aj. 693—708. Praeterea Jupiter apud Sophoclem conjungitur cum Mercurio infero, Furiis, Sole, Morte Aj. 831; Jupiter, Justitia, Furiae, Aj. 1389; (propterea Jupiter dicitur ἀραῖος Phil. 1183); Jupiter, Apollo, Diana, Bacchus, O. T. 201; Jupiter, Minerva, Apollo O. C. 1085 sqq. (de his conjunctis vide Buttm. Mythol. I, p. 29; Demosth. Mid. 54. a.) — Cf. Pind. Ol. V, ubi Camarina, Pallas, Jupiter. Arist. Thesm. 315: Jupiter, Apollo, Minerva, Diana, Neptunus, Nereides, Oreades; Equ. 912: Jupiter, Apollo, Ceres; Nub. 563: Jupiter, Neptunus, Aether, Sol; Plut. 81: Apollo καὶ θεοὶ καὶ δαίμονες καὶ Ζεύ. Et in oraculo Delphico (Plut. Aristid. 11): Jupiter, Juno Cithaeronia, Pan, nymphae Sphragitides.

115) Cf. Soph. Naupl. fr. 1. Ζεῦ παυσίλυπε καὶ Διὸς σωτηρίου Σπονδὴ τρίτου κρατῆρος. Hesych τρίτος κρατήρ. Pind. Isthm. V, 7. De servatore Athenis in arce culto vide Arist. Plut. 1176. c. schol.

denique nominibus *Κράτει* et *Βίᾳ*, ut faustissima declaretur victoria. Ch. 244.

15.

Explicanda jam est Jovis cum mortalibus ratio. Exstabant homines, cum rerum potitus est, qui miseri diem degebant, *νηπιοι*, somniorum imaginibus similes, et sine ratione omnia agebant, Pr. 443. Quod genus inane et debile aspernatus exstinguere constituit *ἀϊστώσας γένος τὸ πᾶν, Ἔχῃ ἐν ἄλλο φιτῦσαι νέον*. Pr. 233. Itaque nè id quidem Dissenio (Welck. Tril. p. 93.) largiri possumus, initio placuisse Jovi dominatum de hominibus ratione carentibus bestiarumque instar viventibus, imo tale imperium deo viribus alacribus et juvenilibus rem aggresso tantopere displicet, ut indignum censens conatum, quo paulo melius reddatur, quod funditus ac penitus egregium reddi non possit, aliud novum procreaturus sit, quod sibi satisfaciat. Resistit ei in hac re Prometheus, qui cum hominibus ignem communicat superis furto ereptum, et cum igne rationem suscitat artesque docet. Prometheum de furto, seditioso facinore, Jupiter ulciscitur, hominibus vero, quos jam divino favore non prorsus indignos videt, favere coepit: *στρεπτοὶ δέ τε καὶ θεοί εἰσιν* Il. IX, 497 116). Quaeris, qua in re hunc favorem ostenderit. Apertum est, in amore. Pulchritudo puellae mortalis ex illo genere, quod jam per Prometheum honestius redditum est

116) Cf. Danaes preces in Simonid. fr. *μεταβουλία δέ τις φανείη Ζεῦ πάτερ ἐκ σέο. ὅττι δὲ θαρσάλεον ἔπος εὔχομαι, τεκνόφι δίκαν σύγγνωθί μοι.*

(Pr. 618); Jovis ἔρωτα, Jovis ἵμερον sibi conciliat (Διὸς κέαρ θάλπει ἔρωτι Pr. 530, 650, 654). Ea re homini Graeco, qui naturali omnia cogitabat ratione et quae in sensus cadit, genus humanum testari videbatur, se ipsum esse altioris, esse divinae dignitatis [117]. Minime dubium est, quin res ita se habeat. Jupiter enim deus potentissimus et supremus tamen, sicut omnes dii reliqui, ἀνθρωποειδής cogitabatur (Arist. Met. p. 46, 22. Br.) humano more (quamquam non vulgari cf. Solon. V, 25) irascitur (Pr. 376, 390; P. 478) et aspernatur: humano more amat [118]; sed tali more humano, qui ipse divinus est dicendus [119]. Nam ex his cum puellis mortalibus connubiis prodit genus heroum, φιτύεται illud γένος νέον (Ζεὺς ἐφάπτῳ χειρὶ φιτύει γόνον S. 312.), quod Jupiter, qui πᾶν ἔπος τελεῖ (Pr. 1033) paraturus erat (Pr. 233): et de toto hoc herbum genere dicendum est, quod de τοῖς περὶ Τάνταλον praedicat Niobe Aeschylea fr. 145: οἱ θεῶν ἀγχίσποροι; Οἱ Ζηνὸς ἔγγυς, οἷς ἐν Ἰδαίῳ πάγῳ Διὸς πατρῴου βωμός ἐστ' ἐν αἰθέρι;

---

117) Gloriantur propterea urbes puellis, quae Jovis amorem sibi conciliaverint, quod de Argis dicit Pind. Nem. X, 10: καὶ γυναιξὶν καλλικόμοισιν ἀριστεύει. πάλαι Ζεὺς ἐπ' Ἀλκμάναν Δαναάν τε μυλῶν τοῦτον κατέφανε λόγον. cf. de Thebis Isthm. VI, 5. Et inter mala, quae Cadmi domo accidunt, unum est bonum magnum, quod Jupiter Semelam amore amplectitur. Pyth. III, 98.

118) ἔρωτ' ἀπείργειν οὐδ' ὁ παγκρατὴς σθένει Ζεὺς ἀλλ' ὑπείκει καὶ θέλων ἐγκλίνεται. Soph. Phaedr. fr. 3; cf. inc. 23, 50 (e dr. satyr.); Antig. 499.

119) Quod ex Io Epaphum gignit πρέπων βουθόρῳ ταύρῳ δέμας; religiose attingit poeta S. 301. cf. S. 40.

κοὔπω ἀφιν ἐξίτηλον αἷμα δαιμόνων. Itaque deorum dominus sane *βίαιος* est *ἐς τὰ πάνθ' ὅμως* (Pr. 737), sed *βίᾳ εὐμενεῖ κτίσας* (S. 1068) divinum genus mortalium. Non potest puellae ipsi, cuius amore correptus est, non assignare molestias, *ἐπιῤῥίπτειν πλάνας πολυδόνους* Pr. 738: ipsi enim divinos constituit honores, quos, cum genus mortalium, quamvis recreatum, tamen fragile maneat (Pr. 547), nonnisi per summos adipisci potest labores. Omnino est Jovis, ut doceat per dolorem, *πάθει μάθος θεῖναι κυρίως ἔχειν* (Ag. 177); et hoc erat e communi Graecorum more cogitandi, quod de se ipso profert Hercules Sophoclis, Phil. 1413: *ὅσους πονήσας καὶ διεξελθὼν πόνους Ἀθάνατον ἀρετὴν ἔσχον ὡς πάρεσθ' ὁρᾶν*. Atque, id quod initio errorum Ioni praedictum est ab oraculo Dodonaeo (Pr. 831), postquam iter emensa est, redditur *Διὸς κλεινὴ δύμαρ* Pr. 834; *βίᾳ δ' ἀπημάντῳ σθένει καὶ θείαις ἐπιπνοίαις Παύεται*, S. 576; Jupiter eam *πημονᾶς ἐλύσατ' εὖ χειρὶ παιωνίᾳ κατασχέθων*, S. 1005; ipsaque dea deum parit Epaphum, *παῖδ' ἀμεμφῆ δι' αἰῶνος μακροῦ πάνολβον* cett. S. 58. Prodit ex hoc genus divini roboris plenum, prodit Hercules, qui etiam labore divinos sibi conquirit honores. Et gloriatur hoc genus sancta origine, confidit Jovi proavo, S. 19, 168, 531, 1063; cf. Th. 140. Pr. sol. fr. 182 [120]). Itaque et his et omnibus hominibus, qui *ἐξ εὐπατριδῶν* nati generis originem a Jove vel a Jovis ali-

---

120) Soph. Aj. 387; Tr. 140, 288. — *πατρόθεν ἐκ Διὸς εὔχονται*, Pind. Ol. VII, 2. cf. VI, 49; VIII, 16; *ὕμμε δ' ἐκλάρωσεν πότμος Ζηνὶ γενεθλίῳ*, IX, 56; Nem. III, 65; V, 7; VII, 50.

quo filio repetant, Jupiter est πάτηρ, ἀντεπαρκὴς πόνων παλαιόφρων μέγας τέκτων S. 592, κυνήγετον S. 296, ἐπαρμόνιος S. 402 [121]). Jovisque filii mortales honorantur eo gnomine Διονυσοῦς, quod deorum est proprium, ut Amphion, Th. 528. Attamen sicut omnino Διὸς ἔμπεδος οὐκ εὐθήρατος ἐπέχθη πάντα τοι φλεγέθει καὶ ἀκήτου μεθέπων ξὺν τύχᾳ ἀποθέσσαι λαοῖς [122]) S. 86, deret puellam mortalem, minime desiderio harum nuptiarum summarum (Pr. 699) cani, neque ulla tantopere religione metuque humano egebat, ut non potius cum Oceaninis profiteretur μήκετι μήποτέ μ', ὦ Μοῖραι, λεχέων Διὸς εὐνήτειραν ἴδοιμι τέλουσαν, Pr. 895; cf. 759, itaque ut Jovis desiderio satisfieret, opus semper erat illa violentia benevola, qua versus Io et Inachum agit. Una tantum mortalis audacius sensit, Semele, et quomodo Semele ἐνθεαζομένη (fr. 204) interierit, ipse Aeschylus exposuit in tragoedia (cf. Welck. Tril. p. 328.). Quomodo Jupiter summa amorem coerpuerit sapientia, haud dubie erat expositum in Promethea soluto.

Cordi est Jovi genus humanum divinis viribus auctum, et ita quidem ut jam omnes adornet atque disponat res humanas [123]), summa usus et potentia et justitia et cle-

121) Soph. Antig. 604 propitios habet ξένιος, ib. et ἐφέστιος Aj. 492. γενέθλιος Pind. Pyth. IV, 107 et not. 120.

122) ἱμερὸς hoc loco significat voluntatem, ut Ch. 299 et saepius. Sententia congruit cum Sophoclea Antig. 604 sqq.

123) Ipse iis tribuit indolem, mores innatos: Ζεῦ μεγάλαι δ' ἀρέται θνατοῖς ἔπονται ἐκ σέθεν. Pind. Isthm. III, 4; cf. not. 35 et 120.

mentem. Est enim τέλειος [124]), rata facit, quae homo ὀρθῶς τελεῖ Ag. 973), ea quidem, quae cum lege aeterna, quae mundum gubernat, concinunt: reliquis ἀτελεῖς S. 1050, ἀνεπαιτήτον Pr. 36, οὐκ εὐπιθῆ Pr. 333, se ostendunt. Scilicet quod semel jussit, irritum reddi nequit: ἀποθεσπιῳδεῖν οὐκ ἐπίστασαι στόμα τὸ Διόν, ἀλλὰ τοῦ ἐκείνου τέλος Pr. 1032; πάντει δ' ἀσφαλὲς οὐδ' ἐπὶ νώτῳ, Μοῖρα Διὸς εἰ κράνθη πρᾶγμα τέλειον S. 90, neque ea quae consilia mutantur πλὴν ὅταν κείνῳ δοκῇ Pr. 258. Hoc enim atque tenendum est, non dirigi solum legem aeternam a Jove, sed esse eam in ipsa Jovis mente positam, et inesse in quacunque eius voluntate omnem sanctitatem pariter ac potestatem, quae legis est: σὸν δ' ἐπίπαν ζυγὸν ταλάντου, τί δ' ἄνευ σέθεν θνατοῖσι τέλειόν ἐστι; S. 822; agitur quidvis διαὶ Διὸς παναιτίου πάνεργέτα· τί γὰρ βροτοῖς ἄνευ Διὸς τελεῖται; Ag. 1495 [125]), et ne ullum quidem vocabulum οὐ θεοχράντον ἐστιν, mentem enim humanam deorum dirigit et mutat arbitrium [126]) S. 1016, et per al-

124) Pind. Ol. XI, 115; Pyth. I, 67.

125) Πλὴν Διὸς οὐδεὶς τῶν μελλόντων ταμίας, Soph. Tereï fr. 5; πάντα κραίνων Trach. 127. cf. 1280; vitaeque universae moderatorem habemus Jovem Ph. 989, 1415; Antig. 2; Oed. T. 738, 162; Oed. C. 1079, 1456; Phoeni. fr. 8, inc. 80; Ζεὺς πάντων ἐφορᾷ τέλος Solon. V, 17; τέλος μὲν Ζεὺς ἔχει πάντων ὅσ' ἐστὶ καὶ τίθησ' ὅπῃ θέλει, Simonid. fr. IV; Pind. N. X, 29; Ζεῦ πάτερ πᾶν τέλος ἐν τὶν ἔργων. Isthm. IV, 52: Ζεὺς τά τε καὶ τὰ νέμει, Ζεὺς ὁ πάντων κύριος.

126) Quod Jovi diserte tribuit Archil. fr. 38: τοῖσιν ἀνθρώποισι θυμὸς γίγνεται θνητοῖς ἐφετον Ζεὺς ἐφ' ἡμέρην ἄγει. secu-

terum scelus alterum Jupiter ulciscitur. Itaque in omnibus rebus humanis revera eius numen viget. Jupiter enim reges constituit [127]) Ag. 43; E. 626; P. 702; comitiis et orationibus praeest ἀγοραῖος E. 973 [128]); plebiscita gubernat S. 624; civitates tuetur E. 919, 997, 1001 [129]); domus et gentes elevat Ch. 262; Ag. 677; S. 140; hominum sortem gubernat Ag. 1036 [130]); eos juvat [131]) Ch. 788; S. 209; facit ut desperata hominibus contingant [132]) Ag. 970; cf. Th. 227; tribuit κράτος S. 1069; Ch. 244; discriminis eventum constituit Ch. 855; S. 210 (κείνου θέλοντος εὖ τελευτήσει τάδε); mala et hostes averruncat [133]) Ch. 775; Th. 9, 117, 255; mala etiam assignat [134]) Th. 948; per mala φρονεῖν βροτοὺς ὁδώσας [135]) Ag. 176. Jovem

---

tus Hom. Od. XVIII, 135. Itaque sanam mentem a Jove precatur Pindarus N. VIII, 35.

127) Soph. Phil. 140; Ant. 304.

128) Aristo. Equ. 411 (cf. schol.), 500; Eur. Heracl. 70. Propterea Ζεὺς βουλαῖος et Ἀθηνᾶ βουλαία in curia Atheniensium, Antiph. de choreut. p. 146.

129) Itaque Atheniensibus est Ζεὺς πολιεύς Paus. I, 24, 4. Cf. Solon. XV, 1.

130) Διός τοι μέγας νόος πυβερνᾷ δαίμον' ἀνδρῶν Pind. Pyth. V, 114.

131) Soph. O. C. 642; Trach. 291; Pind. Isthm. III, 76; IV, 99.

132) Cf. Archil. fr. 31: χρημάτων ἔλπεον οὐδὲν — ἐπεὶ δὴ Ζεὺς πατὴρ Ὀλυμπίων ἐκ μεσημβρίνης ἔθηκε νύκτα cett.

133) Soph. Oed. C. 143, 1485; Aj. 824; Pind Ol. XII, 1.

134) Clades Persarum Salaminia, Graecis salutaris, egregie dicitur Jovis imber Pind. Isthm. IV, 49.

135) Cf. Sol. fr. V, 18—26 sicut ventus purgat et illustrat coelum, τοιαύτη Ζηνὸς πέλεται τίσις, οὐδ' ἐφ' ἑκάστῳ Ὥσπερ θνητὸς ἀνὴρ, γίγνεται ὀξύχολος.

implorant, qui a morte doloris finem cupiunt Pr. 582; P. 915. Jupiter, γυναικῶν ὤπασεν γένος [136]), Th. 250. Quomodo singulos singulorum deorum honores in se ipse conjungat, expositum est. Quidquid agit, hominis instar manu agit: ἐπαφῶν ἀπαρβὲς χειρὶ καὶ θιγὼν μόνον Pr. 849; αὐτόχειρ ἄναξ S. 592; ἀμφιθαλὴς Ζεὺς ἐπὶ χεῖρα βάλοι Ch. 394. Manu enim trutinam dirigit, qua omnia gubernat et attribuit. Itaque praedicatur κλάριος S. 360; παντόπτης [137]) S. 139; E. 1045; cf. Pr. 313; παγκρατής Th. 255; E. 918, ὕπατος [138]) Ag. 55, 505; S. 595; σωτήρ [139]) Th. 520 (cf. §. 14. fin.) ἀφέκτωρ S. 1; κτήριος [140]) S. 445, 689; Ag. 1014. Neque est qui eius voluntatem evitet, οὔποτε τὰν Διὸς ἁρμονίαν θνατῶν παρεξίασι βουλαί, Pr. 551, cf. 906; Διὸς οὐ παρβατός ἐστιν μεγάλα φρὴν ἀπέρατος, S. 1048. Itaque quantumvis aliquis quaesiverit atque huc illuc cogitaverit, ubinam in tanta rerum omnium fragilitate stabile quidquam ac solidum posset inveniri, curis se liberare non poterit, nisi Jovi confisus. Ζῆμα δέ τις προφρόνως ἐπινίκια κλάζων πείθεται φροντὶς τοῦ πάν Ag. 150 — 183 [141]). Et in universum qui-

136) Simonid. II, 72, 93, 115.

137) Soph. El. 175, 659; Oed. T. 498; Oed. Col. 764; Ant. 184.

138) Athenis cultum vide Dem. Mid. 15, d; cf. n. 147.

139) Pind. hymn. fr. 2. cf. not. 115. De hoc Athenis in arce culto cf. Corp. Inscr. 157; Boeckh. Civ. oec. II, 255; Arist. Plut. 1176 c. schol. Eundem dicebant ἐλευθέριον. Ita Jovem ἐλευθέριον et τύχην σώτειραν conjunctos habes Pind. Ol. XII, 1.

140) Qui in Attica colebatur una cum Cerere, Minerva, Κόρῃ, Σεμναῖς, Paus. I, 31, 4; Dem. Mid. 15. f. Isae. de hered. Ciron. p. 70. med. — Et in Piraeeo Antiph. κατηγ. φαρμ. p. 113. med.

141) Ubi in illis Ζεύς ὅστις ποτ' ἐστὶν εἰ τόδ' αὐτῷ φίλον κεκλη-

dem nemo potest φρένα Δίαν καθορᾶν, ὄψιν ἄβυσσον S. 1058; δαυλοὶ γὰρ πραπίδων δάσκιοί τε τείνουσιν πόροι κοὐ ἰδεῖν ἄφραστοι. S. 92 [142]). Principalem tamen, quam in gubernandis rebus humanis legem constituit, cognitam habent mortales: μίμνει μίμνοντος ἐν χρόνῳ Διὸς παθεῖν τὸν ἔρξαντα Ag. 1563. Haec est communis omnium qui vivunt, solique e mortalibus et immortalibus Jovi contigit, ei non parere. Haec est αἶσα quam πολίῳ νόμῳ θρόνοι, haec est δίκη τοὐφειλόμενον πράσσουσα [143]) — — δρώσαντι παθεῖν, τριγέρων μῦθος τάδε φωνεῖ, Ch. 310; itaque μοῖρα Διόθεν rem eo ducunt ἢ τὸ δίκαιον μεταβαίνει Ib. Superi βιαίως σέλμα σέμνον ἥμενοι (Ag. 183.) nullam inter mortales vim exerceri sinunt: βίαν δ' οὔτις ἐξοπλίζει τὰν ἄποινον δαιμονίων S. 96; βίαια μὴ φιλεῖς ὁρῶν ὄμμασιν ἐνθάκοις S. 813. Propterea contingunt Διόθεν δίκαια κράτη S. 437; ὑστερόποινον πέμπει παραβᾶσιν Ἐρινύν, Ag. 58; ὦ Ζεῦ πάτερ, Ζεῦ, σὸν μὲν οὐρανοῦ κράτος, Σὺ δ' ἔργ' ἐπ' οὐρανίων τε κἀνθρώπων ὁρᾷς Λεωργὰ κἀθέμιστα, οὐδὲ θηρίων Ὕβρις τε καὶ δίκη μέλει fr. 272; cf. Ag. 362, 367, 381,

---

μένῳ, κοὐτό νιν προσεννέπω minime ironiam, inesse potius pietatem, contra Welckerum monuit Baurus ann. Heid. 1826, VI, p. 707; ostenderunt praeter Stanlei. ad. h. l. Heindorf. Plat. Phaedr. p. 337; Cratyl. p. 61; Spanhem. Callim. hymn. Dian. 7. Sollennis erat precantium mos ita invocandi Jovis, quod de Graecis testatur Plato, de Romanis Serv. Virg. Aen. IV, 577: quisquis es, pontificum more qui sic precantur: Jupiter omnipotens, vel quo alio nomine appellare volueris.

142) Cf. Solon. fr. X: πάμπαν δ' ἀθανάτων ἀφανὴς νόος ἀνθρώποισιν. Pind. Nem. XI, 43; τὸ δ' ἐκ Διὸς ἀνθρώποις σαφὲς οὐχ ἕπεται τέκμαρ cf. not. 23.

143) Pindar. Nem. IV, 32: ῥέζοντί τε καὶ παθεῖν ἔοικεν

470, 748; Ch. 18, 382, 645. Propterea Jupiter dicitur δικηφόρος, Ag. 525 [144]; propterea ἑτεροῤῥέπης, νέμων εἰκότως ἄδικα μὲν κακοῖς, ὅσια δ' ἐνγόμοις, S. 403; quod idem Clytaemnestrae dicit Orestes: ἔκανές γ' ὃν οὐ χρῆν καὶ τὸ μὴ χρεὼν πάθε, Ch. 930. Constat igitur, ultionem manere impios, quando vero poena eos correptura, quanam via Jupiter eam paraturus sit, occultum est: ῥοπὴ δ' ἐπικρεπεῖ δίκης Ταχεῖα τοῖς μὲν ἐν φάει, Τὰ δ' ἐν μεταιχμίῳ σκότου Μένει, χρονίζοντα βρύει· Τοὺς δ' ἄκραντος ἔχει τύχ, Ch. 61; μόχθος δ' ὁ μὲν αὐτίχ', ὁ δ' ἤξει Ch. 1020. Jupiter enim suspensam tenet ultionem, ut justo tempore neque irrito impium feriat, Ag. 363. cf. P. 739: ἐς δὲ παῖδ' ἐμὸν Ζεὺς ἐπέσκηψεν τελεντὴν θεσφάτων· ἐγὼ δέ νιν Δεὶ μακροῦ χρόνου τάδ' ἠύχουν ἐκτελεντήσειν θεούς· Ἀλλ' ὅταν σπεύδῃ τις, αὐτὸς χὠ θεὸς ξυνάπτεται. Constat vero etiam hoc: ἀνάγκας ἄτερ δίκαιος ὢν ουκ ἄνολβος ἔσται Παγκόλεθρος δ' οὔποτ' ἂν γένοιτο, E. 550.

Tria sunt scelera, quibus maxime contra Jovis voluntatem peccatur, quae committuntur adversus deos, hospites et parentes: cf. Soph. Phil. 1441: εὐσεβεῖν τὰ πρὸς θεοὺς Ὡς τἄλλ' ἅπαντα δεύτερ ἡγεῖται πατὴρ Ζεύς. El. 1097 [145]). Itaque et de Graecis, qui Trojana, et de Persis, qui Graeca templa diruerunt, sumit vindictam. Ag. 649; P. 827: Ζεύς τοι κολαστὴς τῶν ὑπερκόμπων ἄγαν Φρονημάτων ἔπεστιν εὖ-

144) Soph. O. C. 1382: παλαίφατος Δίκη ξύνεδρος Ζηνὸς ἀρχαίοις νόμοις. cf. Antig. 450, 127, 604; fr. 87; Trach. 251, 279; El. 209; Solon. V, 76.

145) Propterea est etiam ὅρκιος. Soph. Ph. 1324; O. C. 1767; cf. Tr. 390, 1190; O. C. 882. Jurejurando enim violato deorum minuitur honor. Soph. Oenom. fr. 1 Theogn. 400, 660; cf. Pind. Pyth. IV, 167. Böttig. myth. techn. p. 43.

quo filio repetant, Jupiter est πάτηρ, [illegible] παλαιόφρων μέγας τέκτων S. 592, [illegible] μόρα S. 402 [121]). Jovisque filii mortales homonymum nomine Διόνυσον, quod deorum est proprium, [illegible] phion, Th. 528. Attamen sicut omnino Διὸς [illegible] εὐθήρατος ἔκχυθη πάντα τοι φλεγέθει κόμη [illegible] ξὺν τύχᾳ μεδόπεσσι λαοῖς [122]) S. 86, decet puellam mortalem minime desiderio harum nuptiarum summarum (Pr. 759) capi, neque ulla tantopere religione metuque hominem egebat, ut non potius cum Oceaninis profiteretur: μὴ πότε μ', ὦ Μοῖραι, λεχέων Διὸς εὐνάτειραν ἴδοιμι λουσάν, Pr. 895; cf. 759, itaque ut Jovis desideriis fieret, opus semper erat illa violentia benevola, quam sus Io et Inachum agit. Una tantum mortalis [illegible] sensit, Semele, et quomodo Semele ἐνθεαζομένη (fr. [illegible] interierit, ipse Aeschylus exposuit in tragoedia (cf. [illegible] Tril. p. 328.). Quomodo Jupiter summa amorem [illegible] rit sapientia, haud dubie erat expositum in Prometheo [illegible] luto.

Cordi est Jovi genus humanum divinis ~~viribus~~ [illegible] et ita quidem ut jam omnes adornet, atque disponat [illegible] humanas [123]), summa usus et potentia et justitia et [illegible]

121) Soph. Antig. 666, [illegible] propterea [illegible] Ch. [illegible] Aj. 402 [illegible] Pr. 1071 et not. 120.

122) ἱμερός hoc loco significat voluntatem, ut Ch. 599 et [illegible] Sententia congruit cum Sophoclea Antig. 604 sqq.

123) Ipse iis tribuit indolem, mores innatos: Ζεῦ μεγάλαι [illegible] ται θνατοῖς ἔφυται ἐκ σέθεν. Pind. Isthm. III, 4 et [illegible] 35 et 120.

ta. Est enim τέλειος [124]), rata facit, quae homo
t (ἐκεῖνος τελεῖ Ag. 973), ea quidem, quae cum lege ae-
ra, quae mundum gubernat, concinunt: reliquis ἀτελ-
S. 1056, ἀνεπάρατηρον Pr. 36, οὐκ εὐπιθῆ Pr. 333,
stentiosa. Scilicet quod semel jussit, irritum reddi
nit: φεύδηγορεῖν οὐκ ἐπίστασαι στόμα τὸ Διόν, ἀλλὰ
ἔπος τέλειον Pr. 1032; πίπτει δ' ἀσφαλὲς οὐδ' ἐπὶ νώτῳ,
ὃ νυφὲ Διὸς εἰ κρανθῇ πρᾶγμα τέλειον S. 90, neque ea quae
statuit mutantur πλὴν ὅταν κείνῳ δοκῇ Pr. 258. Hoc
ne atque tenendum est, non dirigi solum legem ae-
ram a Jove, sed esse eam in ipsa Jovis mente positam,
inesse in quacunque eius voluntate omnem sanctitatem
iter ac potestatem, quae legis est: σὸν δ' ἐπίπαν ζυγὸν
ἁντόν, τί δ' ἄνευ σέθεν θνατοῖσι τέλειόν ἐστι; S. 822;
tur quidvis διαὶ Διὸς παναιτίου πανεργέτα· τί γὰρ βρο-
ς ἄνευ Διὸς τελεῖται; Ag. 1495 [125]), et ne ullum qui-
n scelus οὐ θεοκράντον ἐςιν, mentem enim humanam
orum dirigit et mutat arbitrium [126]) S. 1016, et per al-

---

24) Pind. Ol. XI, 115; Pyth. I, 67.

25) Πλὴν Διὸς οὐδεὶς τῶν μελλόντων ταμίας, Soph. Terei fr. 5; πάντα κραίνων Trach. 127. cf. 1280; vitaeque universae moderatorem habemus Jovem Ph. 989, 1415; Antig. 2; Oed. T. 738, 1021; Oed. C. 1079, 1435; Phaedr. fr. 8, inc. 86; Ζεὺς πάντων ἐφορᾷ τέλος Solon. V, 17; τέλος μὲν Ζεὺς ἔχει πάντων ὅσ' ἐστὶ καὶ τίθησ' ὅπῃ θέλει, Simonid. fr. IV; Pind. N. X, 29: Ζεῦ πάτερ πᾶν τέλος ἐν τὶν ἔργων. Isthm. IV, 52: Ζεὺς τά τε καὶ τὰ νέμει, Ζεὺς ὁ πάντων κύριος.

26) Quod Jovi diserte tribuit Archil. fr. 38: τοῖσιν ἀνθρώποισι θυμὸς γίγνεται θνητοῖς ἐφοῖον Ζεὺς ἐφ' ἡμέρην ἄγει. secu-

μνο fr. 327; cf. S. 167; insinuque matrimonii dignitas in eo posita est, quod Ἥρας τελείας καὶ Διὸς πιστώματα vocatur E. 244, Epig. fr. 46. Hunc suum honorem animo maxime intento contra omnes tuetur, quae eiusdem participes fiunt, neque aliter agere potest, valet enim proprium matrimonii jus contra omnes pellicatus, torus enim viro et mulieri natura est assignatus (μόρσιμος) et major jurejurando per justitiam custoditus, E. 248. Neque Jupiter hoc uxorio jus et honorem contemnit et ideo illos pellicatus agit clam Junone, S. 296. Quod quivis eius concubinae Juno irascitur eamque odio habet (ἀνιγκτός Pr. 592) naturae consentaneum est, neque, cum quivis animi motus in numine divino actionibus ostendendus sit, Juno concubinas non insectari potest, pariter atque Apollo Furiis non potest non esse inimicus. Itaque haec Junonis ira (ἐπίχολος μήδεα Pr. 604, νόσοι ἐπίβουλοι, S. 587) manet divina, ipsaque πότνια, Th. 152; θεία S. 564; δύνατοι Διὸς ἄγχιστα [156]), S. 1036; cf. 298. Itaque clades, quam immittit, est ingens (ὕπτα οὐρανόνικος· χαλεπὸν γὰρ ἐκ πνεύματος εἶδος χειμών S. 167). Maxime apud Aeschylum Io persequitur, Pr. 592, 601, 704, 900, cui in vaccam mutatae (S. 299) furorem injicit (306), quam urget per extremas terrae regiones (S. 564; Pr. 666, 592, 601, 704, 900); usque dum Jupiter virgini labores illos ingentes perpessae finem malorum assignet [157]) S. 586. Haud dubie etiam in Atha-

156) μεγιλοσθένης Pind. N. VII, 2; χρυσόθρονοι I, 39; deorum regina II, 39; Jovi ἀμόθρονος XI, 2; Jupiter πότνιος Ἥρας VII, 95.

157) Ita Hercules, cui Juno insidiatur, Pind. fr. inc. 3; cui infanti dracones immittit, N. I, 40; inter deos receptus redditur gener Junonis, Isthm. III, 78.

mantis rebus et in Bacchi fabulis partes egit. Ipsa vero, quia universa matrimonii sanctitas in eam confertur, Jovi est nata? et nunita punitur miseriae, qui hanc sanctitatem laedere conatur, Ixion. Cuius scelera in trilogia Aeschylus videtur exhibuisse, cuius quidem duarum tantum tragoediarum nomina nobis tradita sunt, Perrhaebidum et Ixionis. Cf. Müller. in Ephem. Gott. 1827, 68. Exitum fabulae egregie narrat Pindarus Py. II, 21—48.

Est Aeschylo dea Argiva (S. 299, cf. 291), patrocinium autem Argivorum nusquam gerit, neque in redita in patriam (Ag. 503; Ch. init.[158]) neque inter Orestis servatores invocatur (E. 752). Patet igitur, sola Attica instituta Ae-

158) Ibi tamen fortasse eius mentio lacuna interiit. Sophoclea enim Cl. init. eam haud neglexit. Cf. Inach. fr. 2. Λόγους τε νόμους θεῶν τε πάγους. Praeter hos locos in omnibus Sophoclis reliquiis nomen Tr. 1050 commemoratur, et ibi et quae Herculem insectata sit. Apud Euripidem omnes, qui nulla erga deos pietate religatus erat, innumerabilibus locis eius mentio fit. Et ibi quoque tum est Herculi inimica, tum matrimonium tuetur (in Helena), tum Argis prospicit, Minerva quidem inferior, Heracl. 350. Apud Pindarum contra omni ornata est honore divino, praesertim ubi Argis prospicit, N. X, 2, 23, 36 (in oda homini Argivo scripta) et Heracleis Py. VIII, 79, Argonautis Py. IV, 187: quia fabulae hoc ferebant. Propterea inter Arcades invocatur Juno Parthenia, Ol. VI, 88. Nec mirum, si Pindarus Junonem vereatur, cum apud Boeotos maiore, quam in Attica, honore culta esse videatur, Paus. IX, 2, 7; 3, 1; Coronaei 34, 3; Lebadeae 39, 4, 5. Thebanorum a Jove decepta Herculi nidumque praebuisse putabatur; 25, 2. Tamen Pindaro a Vulcano vincitur, fr. inc. 8.

dem nemo potest φρένα Δίαν καθορᾶν, ὄψιν ἄβυσσον 1058; δαυλοὶ γὰρ πραπίδων δάσκιοί τε τείνουσιν πόροι ἰδεῖν ἄφραστοι. S. 92 [142]). Principalem tamen, quam gubernandis rebus humanis legem constituit, cognoscere habent mortales: μίμνει μίμνοντος ἐν χρόνῳ Διὸς παθεῖν ἔρξαντα Ag. 1563. Haec est communis omnium qui vivunt, solique e mortalibus et immortalibus Jovi contra ei non parere. Haec est αἶσα quam πολίῳ νόμῳ δρῶν haec est δίκη τοὐφειλόμενον πράσσουσα [143]) — — δρῶσαν παθεῖν, τριγέρων μῦθος τάδε φωνεῖ, Ch. 310; itaque μόλις Διόθεν rem eo ducunt ἢ τὸ δίκαιον μεταβαίνει Ib. S. βιαίως σέλμα σέμνον ἥμενοι (Ag. 183.) nullam inter mortales vim exerceri sinunt: βίαν δ' οὔτις ἐξοπλίζει τὰν ἄπονον δαιμονίων S. 96; βίαια μὴ φιλεῖς δρῶν ὄμμασιν ἐνθίκοις S. 813. Propterea contingunt Διόθεν δίκαια κράτη S. 437; ὑστεροποινον πέμπει παραβᾶσιν Ἐρινύν, Ag. 58; ὦ Ζεὺ πάτερ, Ζεῦ, σὸν μὲν οὐρανοῦ κράτος, Σὺ δ' ἔργ' ἐπ' οὐρανίων τε κἀνθρώπων ὁρᾷς Λεωργὰ κἀθέμιστα, οὐδὲ θηρίων Ὕβρις τε καὶ δίκη μέλει fr. 272; cf. Ag. 362, 367, 381.

μίνῃ, τοῦτό νιν προσεννέπω minime ironiam, inesse potius pietatem, contra Welckerum monuit Baurus ann. Heid. 1830. VI, p. 707; ostenderunt praeter Stanlei. ad. h. l. Heindorf. Plat. Phaedr. p. 337; Cratyl. p. 61; Spanhem. Callim. hym. Dian. 7. Sollennis erat precantium mos ita invocandi Jovem, quod de Graecis testatur Plato, de Romanis Serv. Virg. Aen. IV, 577: quisquis es, pontificum more qui sic precaris, Jupiter omnipotens, vel quo alio nomine appellare volueris.

142) Cf. Solon. fr. X: πάμπαν δ' ἀθανάτων ἀφανὴς νόος ἀνθρώποισιν. Pind. Nem. XI, 43; τὸ δ' ἐκ Διὸς ἀνθρώποις σαφὲς οὐχ ἕπεται τέκμαρ cf. not. 23.

143) Pindar. Nem. IV, 32: ἐέζοντά τε καὶ παθεῖν ἔοικεν

dona mortalibus tum laetitiam, tum propter horum ipsorum fragilitatem dolorem afferunt, ita etiam Veneri [162]), quam ipsum poetam aversatum esse testatur Aristophanes (Ran. 1043), *μετάκοινοι φίλᾳ μάτηρ παίρεισιν Πόθος ἢ τ' οὐδὲν ἄπαρνον τελέθει θέλκτορι Πειθοῖ. Δέδοται δ' ἑρμηνία μοῖρ' Ἀφροδίτας Ψεδυρᾷ τρίβῳ τ' ἐρώτων* [163]) S. 1039. Ne dubites quin hoc loco revera significentur mala amoris. Dolorem, quem affert desiderium, habes explicatum Ag 414-427, cf. P. 62. De suadelae vi perniciosa [164]) inspicias Ag. 385 (*βίαται δ' ἀτάλαινα πειθώ, πρυβουλόπεις ἄφρονος ἄτας*), de malis in ipsis amoribus positis *δηξιθύμων ἔρωτος ἄθεος* Ag. 743; *παντάλμους ἔρωτας ἄτασι συννόμους βροτῶν, ἐπιζήνους δ' ὁμαυλίας* (quae in nostro loco significantur illu *ἁρμονίᾳ ψεδυρᾷ*. Cf. Eur. Hippol. 162), *Θηλυκρατὴς ἀπέρωτος ἔρως παρανικᾷ κνωδάλων τε καὶ βροτῶν*, Ch. 592. Desiderium et Suadelam Veneris liberos nonnisi poetice dictas accipies. Deum Amorem [165]) apud Aeschylum non invenimus: imo omnia, quibus fungi possit, ad Venerem referuntur [166]), quae puellarum formam *κηρύσσει* S. 1001;

---

162) Perniciosam et invictam vim, qua omnia subigat, longius describit Sophocles fr. inc. 23. Molli et effeminato habitu ornata opponitur Minervae in dr. satyr. Judicio dearum fr. 1.

163) Sic legendum pro *Ψεδυρὰ τρίβοι*. *τρίβος* est contritus, ut Ag. 197, 391.

164) Soph. fr. inc. 57; *ταχεῖα πειθὼ τῶν κακῶν ὁδοιπορεῖ.*

165) Qui maximam apud Sophoclem habet potentiam, Tr. 354, 441; Ant. 781; Phaedr. fr. 4.

166) Idem hoc reperies apud Pindarum, Venus docet artem aman-

ipsique suo nomine modu venustatem [167]) (Ag. 449) modo amorem [168]) declarat Pr. 650, 864. Divina potentia nuptiis prospicit, S. 1034, regit Cyprum et Paphum (fr. 323) tuetur Thebas, ubi invocatur *Μήτηρ ὅτι γένους προμάτορος ἔλεσον*; nam ex tuo sanguine natae te precibus adoramus Th. 110; Mesopotamiae etiam et Babyloniae tutela ei assignata videtur S. 555: *βαθύπλουτον χθόνα καὶ τᾶς Ἀφροδίτας πολύστονον αὔραν*. Congruunt haec omnia cum Athenienssium rebus sacris: ibi enim maxime colebatur Venus coelestia, qua totius rerum naturae vis genitrix significatur (propterea pro Parcarum natu maximae habebatur) repetita quidem haec, ut ferebant, ex Assyria, Paus. I, 14, 7; cf. 19, 2; et Venus *πάνδημος* cum Suada, a Platonica quidem longe diversa habitaque pro universae civitatis tutrice. Quod denique eius *σύνναος* perhibetur Mars [169]): S. 665; ne haec quidem cogitatio, petita ex Homero, carebat auctoritate sacrorum Atticorum [170]); cf. Paus. I, 8, 4.

18.

Ceres.

Ne saepius, ne temere Cereris nomine utereris,

di Py. IV, 215; iungit Apollinem cum Cyrena, Py. IX, 9; *μάτερ ἐρώτων* scol. fr. 1.

167) Cf. Soph. Ant. 800; Pind. N. VIII, 1; Isthm. II, 4; pulchritudinem carminum, Py. VI, 1.

168) Soph. fr. inc. 53. Pind. Ol. VI, 35. Cf. Ol. I, 75. N. VIII, 7.

169) Cf. Pind. Ol. IV, 88.

170) Apud Sophoclem Colono prospicit O. C. 691; Mater Aeneae commemoratur Eleoc. fr. 3.

Aeschylus quoque nihil in Eleusiniis praecepta. Tamen quod nusquam in iis, quas nos habemus, tragoediis eius mentionem fecit, id eaqui tribuendum est, cum minime ubiunque de Cerere quidquam dicitur, de mysteriis eius omnis cogitetur. βέον Δημήτριον legimus Dan. fr. 26, φεράσβιον Δήμητρος σπόρον fr. 299.[171]. Unde satis apparet, agnovisse Aeschylum deam prospicientem agriculturae. Sed quod mystica etiam ratione eius mentionem fecit, auctor est Eustratius (ad Arist. Eth. Nic. III, 2) idque in Iphigenia, Sacerdotibus, Ianuletricibus, Sisypho, Oedipode.[172] Initiatum fuisse mysteriis Aeschylum, virum e nobili genere Eleusinio, satis testatur Arist. Ran. 886, precantem inducens Aeschylum ante certamen: Δήμητερ, ἡ θρέψασα τὴν ἐμὴν φρένα, ἵλεώ με τῶν σῶν ἄξιον μυστηρίων, qui versus quin ab Aeschylo profecti (videntur Thesei in Eleusiniis) et ab Aristophane ad verum ipsius animum significandum usurpati sint, non dubito. Cf. fr. 398: ἔφυς ἔρως τοῦδε μυστικοῦ τέλους quod vix ita dixisset poeta, si parum curavisset mysteria.[173] Traditum est, diem poetae dictum

---

171) Soph. O. C. 1600, Ceres εὔχλοος, et in lex. Soph. Brunck. Ceres ἀζησία, εὐτραφής. — Eleusinia memorantur O. C. 1049, cf. 683; Antig. 1120; Triptol. dr. sat.; fr. inc. 58 (Tom. III. p. 685 ed. Brunck): ὡς τρισόλβιοι cett. — Pindaro quoque Ceres est Eleusinia, Isthm. I, 37; praeterea favens Siciliae Ol. VI, 95; et socia Bacchi, quae cymbalorum strepitu colebatur, Isthm. VI, 4.

172) Locos ad rem pertinentes collatos habes apud Herm. de choro Eum. II, p. 26.

173) Quo nituntur, qui de re dubitant, locum Clementis et reli-

esse, quod mysticum aliquod profanaverit eumque sese eo purgavisse, quod nesciverit, ὅτι ἀπόῤῥητα ἦν, Aristot. l. c. Itaque dixit aliquid, quod dicere nefas erat. Quaerendum est, quidnam profanaverit. In Iphigenia Dianae mentio deesse non potuit, ad eandem fabulam eleganti iudicio Sacerdotes retulit Welckerus, ab Amazonibus vero in Iaculatricibus eandem invocari non mirum erit. Jam ex Herodoto II, 156 (quem male exscripsit Pausanias VIII, 37, 6) constat ab Aeschylo Dianam dictam esse filiam Cereris [174]: quod Herodotus quidem ex Aegypto repetit: ἐκ τούτου δὲ λόγου καὶ οὐδενὸς ἄλλου Αἰσχύλος ἔφασε τὰ ἐγὼ φράσω, μοῦνος δὲ ποιητέων τῶν παρογενομένων, ἔφασε γὰρ Ἄρτεμιν εἶναι θυγατέρα Δήμητρος. In quibus apertum est, adversari Herodotum aliis, qui rem aliunde repetant. Unde repetivissent, nisi e mysteriis? Id quidem minime probabile est, recepisse Aeschylum peregrinam talem de talibus numinibus cogitationem sine auctoritate patria, praesertim cum Cereris et Bacchi muneribus gaudens non sine asperatione tractet Aegyptios. S. 761, 953; cf. 741, 914. Ipsique Lobeckio (de myst. arg. III, p. 17) suspectum est Herodoti testimonium (quamquam quae ibi et p. 14 med. de poetis illius aevi praedicat,

---

qua, quibus ut untur, argumenta pariter ac Lobeckii sententiam, (de myst. arg. III, p. 18; de praec. myst. p. 5. not.) omnia versata esse in choregii mystici imitatione scenica, satis refellit et Eustratii fidem tuetur Welcker. Tril. p. 105 — 110.

174) Quod imitatus est Euripides, qui Dianam lunariam, Hecaten, dicit filiam Cereris, Ion. 1061.

nullo modo quadrant in Aeschylum. Sed concipisse videntur in hac re Eleusinia cum sacris Aegyptiacis, ob quae se excusare potuit Aeschylus, quod testiverit, etiam hunc λόγον esse arcanum et ἀπόῤῥητον, neque hoc ita habere credidisse, cum idem dicerunt Aegyptii. Atque revera Dianam cum Proserpina in Eleusiniis fuisse conjunctam, id eo videtur probari, quod Eleusinia minora Agris celebrabantur in templo Dianae (Ste. Croix de myst. I. p. 360 seq.). Pluresque tales fabulae, in quibus coniungebatur, commemoravit Welckerus (Ephem. hist. art. I. p. 74, 77, 80, 104, 123). Praeterea mysticis sacris cultam esse ipsam Dianam ostendit Müller. Dor. I. p. 386.

Ostendam jam, quid in Aeschyli cogitationibus petitum videatur e mysteriis. Quantum nobis compertum est, in his celebrabantur Proserpina ab Orco rapta et rediens, Iacchus moribundus et redivivus. Orcus est ἀιδής, locus, ubi nihil cernitur. Cicero (Nat. deor. I. 42) testatur, rerum naturae rationem significari in Eleusiniis, id quod ipsam Proserpinae (Περσεφάσσης, Περσεφόνης) nomen declarare videtur, Proserpina segetem germinantem, Cerea tellurem significat [175]). Proxime ab hac cogitatione abest altera de animis mortuorum redivivis, quam ipsam fovebant mysteria Hom. hymn. in Cerer. 487; Pind. thren. fr. 8; Soph. fr. (quod indicavi in not. 171); Arist. Ran. 454: μόνοις γὰρ ἡμῖν ἥλιος καὶ φέγγος ἵλαρόν

175) Cf. Orph. h. in Cerer. Eleus. XL, v. 12: σὺ χθονίη, σὺ δὲ φαινομένη. Cererem χθονίαν Orpheus Lacedaemonem secum duxisse dicebatur Paus. III, 14, 5.

ἐστιν, Ὅσοι μεμυήμεθ' εὐσεβῆ τε διήγομεν τρόπον περὶ τοὺς ξένους καὶ τοὺς ἰδιώτας. Propterea Oedipi miseriae ili finem fere Aeschylus videtur finxisse, eoque pertinere fr. 398. cf. Welck. Tril. p. 371. — Itaque constat, vitam beatam post mortem promissam, immortalitatem significatam, pietatem commendatam esse in mysteriis. Indicata sunt haec imaginibus naturae, telluris recipientis et emittentis. Haec vero cogitatio de tellure bona et mala omnia emittente est Aeschyli [176]. Telluris notio hac ratione eadem est, quae Ἅιδου, cohibet et continet ea, quae non sunt, quae non cernuntur, quae latent. Latendi cogitatio subest numini Latonae: itaque Tellus eadem est, quae Latona: Ceres, quae Proserpinam emittit, est Tellus, est igitur Latona, Dianae Lucinae mater. Emittit, quae optamus, Aeschylo etiam Proserpina Ch. 490. Itaque Latonam eandem quam Cererem e mysteriis Aeschylus videtur recepisse, e mysteriis fortasse omnem illam Telluris πολυωνυμίαν (Pr. 210). Tamen recte suspicatum esse puto Lobeckium imitationem pompae (modo ne in solo facium usu hanc quaerendam, neve in Eumenidibus eam reperire tibi videaris) si confero fr. 397: τὰ ἐν Ἐλευσῖνι τέλη - - - ἀκταῖς καταλαμπομέναις ὑπὸ τῆς μυστικῆς φλογὸς καὶ τῶν ἱερῶν δᾴδων, περὶ ὧν Αἰσχύλος φησὶν· λαμπραῖσιν ἀστραπαῖσι, λαμπάδων σθέ-

176) Simile aliquid in aliis etiam significatum erat sacris Atticis, cf. not. 63. Hoc ipsum vero probabile est summam talium cogitationum, quae per Atticam sparsae erant, fuisse conjunctam in Eleusiniis ibique significatam, quinam sensus his omnibus subesset.

Addere liceat conjecturam, haec esse patria e Sicyone ibique introductam fuisse chorum mysticum beatorum, quem fortasse in Ranis lusit Aristophanes.

Ceterum haud dubie inter deos, qui ob templa prostata vindictam sumserint de Persis, non infimam Aeschylus notabat Cererem Eleusiniam. Narrat enim Herodotus, Demaratum et Dicaeum e deserto templo Eleusinio, dum Xerxes Atticam vastaverit, resonantem audivisse cantum mysticum, vidisse speciem nomine immensae mystarum (VIII, 65); ac deinde tum Plataeense tum Mycalense proelium commissum prope fanum Cereris Eleusiniae IX, 65. 104. A qua re eosdem illam missam esse suspicatur, quae Graecis trans mare nuntium attulerit de victoria Plataeensi, cf. not. 36.

19.

Diana.

Dianam esse deam lunae diserte dicit Aeschylus: ἀστεροπὸν ὄμμα Λητῶας κόρης, Xantr. fr. 159[177]. Ratio qua cum luna conjungitur, eadem haud dubie est, quae Apollinis cum sole, de qua sub Apollinis nomine (§. 23) dicetur: excepto quod simplicius omnia Dianae munera a luna repetuntur, quam fratris a sole. Est enim Lucina, partui prospiciens, S. 676: huiusque potissimum honoris ratione habita Cereris filia dicta esse videtur, quia in lucem omnia evocat, eodem in hominibus et animalibus fungens munere, quo Proserpina in segete producenda. Ut nocturna dea feris etiam favet bestiis, maxime quidem catulis leonum, σύφρων

177) Phlyenses venerabantur Dianam σελασφόρον, Paus. I, 31, 4.

δρόσοισι λεπτοῖς μαλερῶν λεόντων πάντων τ' ἀγρονόμων φιλομάστοις Θηρῶν ὀβρικάλοισι Ag. 141: nec minus leporibus, [178] gravidis praesertim, Ag. 137; proptereaque irascitur aquilis, Jovis patris canibus alatis, αὐτότοκον πρὸ λόχου μογερὰν πτάκα θυομένοισι, quas pro impio hoc facinore ultura est. Sed non in animalibus tantum hoc ultricis munere fungitur: eodem etiam in hominibus, [179] qui similia committunt; ideoque Atridas, aquilarum illarum prodigio significatos, quos Trojam crudelius neque sine impietate eversuros esse novit, Aulide cohibet, neque ut naves solvant concedit (202), donec filia immolata eam placant Iphigenia, quam ipsam divina servat clementia Ag. 244. [180]

---

178) Cf. Xenoph. de venat. V, 14.

179) Omnino facile eius iram succendi cogitat Sophocles Aj. 173; El. 563; Meleag. fr.

180) Hunc enim sensum subesse mihi constat loco perobscuro: ἁγνὰ δ' ἀταύρωτος αὐδᾷ πατρὸς Φίλου τριτόσπονδον εὔποτμον Λιῶνα φίλως ἐτίμα, quae ad Iphigeniam referri non possunt, cum huic os obligatum sit (235), cognomina vero ἁγνά et ἀταύρωτος propria sunt Dianae, illaque voce patris vel tonitru vel jussum quodpiam Jovis (qui prosperum malis finem assignat 177, itaque φίλως agit et φίλως agere jubet deos, 245) declaratum videtur. Quae omnia haud dubie ab Atheniensibus, qui fabulas norant, tam clare percipiebantur, quam a nobis difficile. Longius rem exposuit Aeschylus in Iphigenia, quam trilogiam optime a Welckero restitutam existimo. Cum vero nusquam in fabulis ea tradat Aeschylus, quae sibi repugnent, et ex omnibus Oresteae locis (Ag. 1432, 1555; Ch. 242) patere videatur, mactatam revera esse Iphigeniam, mihi quidem, si conjectura rem definire fas est,

Pariter ac poenas immittit, tuetur etiam et averruncat, *φερέγγυον φρούρημα προστατηρίας Ἀρτέμιδος εὐνοίαισι* Th. 450; cf. fr. 326; Th. 154, 142: *σύ τ' ὦ Λατογενείᾳ κοῦρα, τόξον εὖ πυκάζου, Ἄρτεμι φίλα.* Telis enim proprie quidem in venando [181]), tum vero omnino etiam contra hostes utitur, unde vocatur Hecate: et hoc ipso nomine eam videmus declaratam, tum ubi parturientibus prospicit (*Ἄρτεμιν δ' ἑκάταν γυναικῶν λόχους ἐφορεύειν* [182]) S. 676), tum deam inferam [183]), *ἀλλ' εἴτ' ἔνυπνον φάντασμα φοβεῖ χθονίας θ' Ἑκάτης κῶμον ἐδέξω,* fr. 419 (quamquam testimonio, quod Aeschylei sunt hi versus, egemus): tum deam lunariam, *δέσποιν' Ἑκάτη τῶν βασιλείων Πρόδρομος μελάθρων Τῶν τ' οὐρανίων τῶν τε πατρῴων - - Ἁ νύκτωρ μοὶ προσέφαινες.* fr. 400. [184]) Casto frigidoque lunae splendori illa etiam cognomina originem debent, quibus *ἁγνά* et *ἀταύρωτος* dicitur [185]) Venerisque et nuptiarum adversaria

---

is trilogiae finis videtur constituendus, quod Diana Cereris filia virginem in novam vitam vocaverit beatam et immortalem (*τριτόσπονδον αἰῶνα εὔποτμον*): id quod Cypria narrabant. — Dianam averruncantem vide Theogn. 13.

181) Soph. El. 563; Tr. 214; O. C. 1092; Paus. I, 19, 6.

182) Eur. Hippol. 166.

183) Quam Cereris filiam dicit Eur. Ion. 1062.

184) Ibi etiam intelligi deam inferam, patet e schol. Theocr. II, 36, qui his versibus utitur ad explicandum locum, ubi Theocritus de Diana magica dea loquitur. Quo magis commendabitur Porsoni opinio, fr. 419 esse Aeschyli. Cf. Soph. Rizot. fr. 2. Agnovit igitur Aeschylus Dianam, quae spectra et animas emittat pariter ac Proserpina et Tellus. Ch. 490.

185) Soph. El. 1239. Cf. Pind. Py. IV, 90.

S. 1031; Ag. 135, 243. Ex eodem lunae splendore derivandum videtur cognomen ἁ καλά. Ag. 140 [186]). Facile ex his apparet, Dianam, licet Apollinis consanguineam, licet pariter atque Apollo arcu utatur, perniciemque mittat et averruncet, tamen Aeschylo non esse Apollinis simillimam, sed minus, quam illum, in regionibus, quae mentis sunt, magisque naturae viribus pollere ac praeterea conjunctam esse cum inferis numinibus, a quibus maxime abhorret Apollo. Siquidem luna est nocturna: ob hanc ipsam rationem facile dea lunaria in inferorum vocatur societatem: solis est mera lux, quae tenebras fugat, ubicunque eas invenit. Patet hinc, qua in re similis sit frater sorori, qua in re dissimilis. Itaque semel tantum una cum Apolline invocatur Diana [187]), uterque ut hostes propulset, Th. 150; cum sole fr. 159. Alibi Paean imploratur, ut Dianae iram avertat, Ag. 147. Lunam ipsam commemoratam habes Pr. 797; Ag. 5, cf. 298; Th. 389.

---

186) Paus. I, 29, 2.

187) Saepius apud Pindarum, Py. IV, 3; N. VI, 38; IX, 4; prosod. fr. 1; et apud Sophoclem Tr. 213; O. T. 160 (cum Minerva et Apolline), 207; O. C. 1092. Invocatur praeterea apud hunc Ortygia Tr. 213, Tauropola, Aj. 173, χρυσηλάκατος Tr. 638; faces gestans Lyceos montes pervagatur O. T. 207. Vides apud Sophoclem etiam praevalere deam naturalem. Apud Pindarum ἱππωσόα Ol. III, 26; venatrix N. III, 50; fluvialis Ortygiensis, Py. II, 7; N. I, 3; Ὀρθωσία Ol. III, 30; Ephesia, cuius templum condunt Amazones Pind. apud Paus. VII, 2, 7.

20.

Mercurius.

Mercurii est, divina potentia conjungere contraria [188]. Propterea ipse dicitur summus praeco superorum et inferorum (*τῶν ἄνω τε καὶ κάτω*) Ch. 165: coelestem et inferam in sese conjunctas habens naturas, idem illustris Olympius, qui ipso mortis fungitur officio in animis ad inferos deducendis: *κιχάνει δέ νιν Ἑρμῆς* [189], Ch. 622; qui cum Tellure et Orco ab inferis animam emittit in lucem P. 629 [190]. E terra, e tenebris, e profundis Aeschylo prodit, quidquid boni mittitur mortalibus (cf. Ch. 147); semina omnium posita sunt in terra apud inferos, progressa vero in lucem ipsa cogitantur lucida ac serena. Mercurii jam duplex est munus, tum producendi res e profundis in lucem tum productas inter se conciliandi, ut aptus et justus prodeat eventus: utrinque contraria et dissimilia componit. Itaque Mercurius inferus, ubi felicem adducit eventum, ipse egreditur in lucem, velut ubi hominibus nuntium affert de acceptis eorum precibus

---

188) Itaque praeest omni conversioni et vicissitudini, *στροφοῖας* Arist. Plut. 1154.

189) Cf. Arist. Pac. 650; Aj. 832 (*πομπαῖον Ἑρμῆν χθόνιον, εὖμε κοιμίσαι*); O. C. 1548. — *χθόνιον* Atticum habes Corp. inscr. 538: consociatum cum Tellure et Proserpina. Confera. Mercurium *κάτοχον*, ib. 539.

190) Soph. El. 111.

apud inferos deos [191]) κηρύξας ἐμοί Τοὺς γῆς ἔνερθε δαίμονας κλύειν ἐμὰς Εὐχάς) Ch. 124; vel ubi Perseo galeam Orci apportat Phorc. fr. 242. Eadem est ratio cogitationis, Mercurio deberi gregum fecunditatem [192]), E. 947 (ἑρμαίαν δαιμόνων δόσιν), cuius origo quidem e terra repetenda est (μήλων γόνος πλοντόχθων ib.), transit vero in aliam regionem, in regionem animantium. Itaque tum quae justo nexu naturali, a quo non abest momentum aliquod fortis fortunae (ἐπισσύτους βίου τύχας ὀνησίμους γαίας ἐξαμβρῦσαι, E. 924), tum quae casu contingunt, repetenda sunt a Mercurii potestate [193]). Haec insunt in loco Choeph. init. Ἑρμῆ χθόνιε πατρῷ' ἐποπτεύων κράτη, Σωτὴρ γενοῦ μοι ξύμμαχός τ' αἰτουμένῳ, ubi et inferum et servatoris Olympium paternum habet munus, quorum illud tantum invidus agnoscit Euripides, at non temere dixit poeta κράτη, non κράτος. Optime idem apparet e Ch. 124. Renuntiantem Mercurium, acceptas esse Electrae

---

191) Simili sed opposita ratione Pindarus (Ol. VIII, 81) Mercurium jubet referre Iphioni mortuo nuntium de Alcimedontis victoria.

192) Propterea in Thesmophoriis Athenis conjunctim invocantur Ceres, Κόρη, Plutus, Calligenia, Tellus κουροτρόφος, Mercurius, Gratiae, Arist. Thesm. 300. Et ib. 977 Mercurius pastor cum Pane et Nymphis, mox addito Baccho.

193) Sortitioni praeest Arist. Pac. 365. Propterea in Babr. fab. 1 (Mehlh. anthol. lyr. p. 69) sortes in galea quatit. Et quidquid casu aliquis invenit, debetur Mercurio, cf. Aesop. fab. 44, 47. Et in altera fabula Babriae loquitur tum ut nuntius deorum, tum quia optime facinus illius hominis adversus formicas commissum cladi a diis hominibus immissae respondet.

preces apud inferos, jam ea implorat, ut Orestem σὺν τύχῃ τινί adducat v. 138. Idem habes in illa ipsa cogitatione, qua ἐριούνιος vocatur. Mercurius enim ἐριούνιος [194]), vel quod idem est, servator, est inferus, quod patet e loco Aristophanis; idem vero Mercurius, quatenus servator est, conjungitur cum Apolline, qui in sola pura luce versatur; Ch. 812 deo Pythio invocato additur: juste eum adjuvet filius Maiae ἐπιφοροώτατος πρᾶξιν οὐρίαν τελεῖν. Eidem Apollini morem gerit E. 89: ubi ab ipso αὐτάδελφον αἷμα καὶ κοίνου πατρός appellatus eius supplicem custodit (φυλάσσει) atque ut πομπαῖος ποιμαίνει. Hoc munus, hoc τελεῖν πρᾶξιν οὐρίαν peculiaris eius est honor [195]), σέβεσ τοι Ζεὺς τόδ' ἐκ νόμων σέβας, Ὁρμωμένον βροτοῖσιν εὐπόμπῳ τύχῃ. E. 93. Propterea in Phrygibus Priamum ad Achillem proficiscentem comitatur, Achillemque ipse alloquitur et seni morem gerere jubet. Jam quia omnino et prosperum eventum adducit et contraria conjungit, suo jure gubernat certamina, tum hostilia, ut Th. 508 (Ἑρμῆς δ' εὐλόγως ξυνήγαγεν) ubi χθόνιος et νύχιος ἐφοδεύει ξιφοδηλητοῖσιν ἀγῶσιν Ch.

---

194) Idem agit Mercurius ὀνήσιμος, qui et ipse inter inferos refertur. Corp. inscr. 539.

195) Ἑρμῆς δ' ὁ πέμπων δόλιος ἡγήσαιτο νῷν Soph. Ph. 133. Itaque est ἡγεμόνιος, qui etiam coecos ducit Arist. Plut. 1159; Corp. inscr. 157. Boeckh. Civ. Oec. II. p. 254. Similis cogitatio subest Apollini ἀγυιεῖ, cui idem propterea tribuitur munus assignandae fortunae. cf. n. 230. Mercurius propterea dicitur etiam ἀκακήσιος, qui ipse omnis mali expers omnis etiam mali expertem facit hominem.

726 [196]; tum certamina ludorum [197] et propterea dicitur ἐναγώνιος fr. 401; Ag. 515; S. 189, 220. Quia contraria conjungit, prospicit etiam commercio hominum [198], et praecipue quidem praeconibus, quorum idem est munus, conciliandorum quae contraria sunt. Itaque est praeconum τιμάορος, κηρύκων σέβας Ag. 515 [199]; itaque Mercurius μαστήριος praeconum πρόξενος μέγιστος, S. 920, facitque ut inveniant, quae anquirunt. Propterea translato hominum, qui deum colunt, munere in deum ipsum, ipse est praeco, Ag. 515; iisque quibus favet ἔσθλα κηρυκεύει, S. 220. Propterea in Prometheo apparet ut Jovis minister [200], διάκονος et τρόχις, Pr. 941. Praeconem decet excellere facundia, facundia excellit Mercurius, neque a πειθοῖ δολίᾳ abhorret Ch. 726 [201]. Atque Prometheo revera praeconum more

---

196) El. Soph 1395.

197) Pind. Ol. VI, 79; Py. II, 10; N. X, 53; Isthm. I, 60; Arist. Plut. 1161, Corp. inscr. 250.

198) Propterea ἀγοραῖος Ariqst. Equ. 297; ἐμπολαῖος, Arist. Plut. 455, παλιγκαπηλος ib. 1156.

199) Soph. Tr. 620.

200) διακονικός, Arist. Plut. 1170. cf. Soph. Inach. fr. 8. Est omnino deorum minister Si vero deos infantes, Bacchum, Aristaeum nutricibus portat, non deest cogitatio de deo fortunam assignante, divino enim infanti nutrices optimae contingunt, ut Aristaeo Horae et Tellus, Pind. Py. IX, 6; ubi de similibus muneribus cf. Boeckh.

201) δόλιος Arist. Plut. 1157; Soph. Ph. 133. Templum Mercurii ψιθυρίστου, quod Athenis erat, vide Demosth. Neaer. p. 1358.

persuadere studet, ut Jovi se subjiciat, quod si minus contingit, ideo a poeta institutum est, ut melius appareat atrocissima Promethei contumacia, quam ne felicissimus quidem deus flectere potest. Melius ei res videtur cessisse in Prom. sol. Indigni tamen nihil inest in ratione ea, qua Mercurius in nostro agit Prometheo. Omnium enim causam dicit deorum Olympiorum, 945, et minime blandis suavibusque verbis eum decipere conatur, sed divino munere fretus directo et σεμνοστόμως ei imperat, ut faciat, quod pater jusserit: αὐθέκαστ' ἔκφραζε μηδέ μοι διπλᾶς Ὁδοὺς, Προμηθεῦ, προςβάλῃς, ὁρᾶς ὅτι Ζεὺς τοῖς τοιούτοις οὐχὶ μαλθακίζεται, 950; insaniam ei objicit 977,1054, et intolerabilem superbiam, 979, 1057, et quod σωφρονεῖν non didicerit 982. Et tamen, etsi bene sibi conscius potentiae patris (980, 1011, 1032), etsi ipse a Prometheo ignominia tractatus, (970, 986,) non sine comimitate ei suadet, ut fortunae Iovique cedat, 1000, 1035, monetque Oceaninas ne temere incidant in perniciem, 1058, 1071.

Mercurii sacrum, quod Lemni erat, Aeschylus commemorat Ag. 283 [202]) deumque Cyllenium [203]), quem Arcades lacus Stymphali accolae venerabantur, Psychag. fr. in Arist. ran. 1290 (1266, ubi cf. Schol. Cant. 1, ed. Dindf.) Argum Ius custodem occidit S. 305; et subita quidem minimeque exspectata morte (Pr. 680), id quod bene cum universa Mercurii natura congruit.

---

202) Soph. Ph. 1459.

203) Soph. O. T. 1104.

batur (Volcania templa et mysteria Cabirûm, ex Attii Philoct. apud Varr. l. L. VI, p. 67 [208]); neque dubium videtur, quin idem statutum fuerit in Prom. ignifero); hanc in Aetnae cacumine Pr. 367, ubi e Thalia uxore, Jovis filia, genuit Palicos Aetn. fr. 6.

22.

Minerva.

Minerva Aeschylo est *Παλλὰς Ἀθηναίη*, Virgo Atheniensis: hanc ut suam deam summa religione pariter ac pietate venerabatur, in hanc excepto matrimonio quidquid sancti et decori in rebus humanis cogitari potest, transtulit, neque ex ulla re clarius elucet generosum et liberale Aeschyli ingenium, quam ex huius, quale ab eo adumbratum est, numinis imagine. Itaque Minervae natura singulari aliquo nomine significari non potest: est virgo divina et quidquid virginem divinam decet eius est proprium: est optima et carissima Jovis filia, qualem nulla dea partu edere potest, E. 666: propterea neque in uteri caligine nutrita ibid., neque omnino ab ulla matre progenita E. 736; *κάρτα δ' εἰμὶ τοῦ πατρός* [209]) 738. Propterea peculiare eius nomen est *Διὸς κόρη* E. 415, 664; S. 145; solaque in illa cum Jove et Apolline (Ag. 165; E. 87) omnem fiduciam ponere potest mortalis, *πράξας γὰρ ἔν σοι πανταχῇ τάδ' αἰνέσω*, E. 469, quod ex intimo i-

---

208) Cf. Hrm. de Aesch. Philoct.

209) Pind. fr. inc. 9. Licetque ei Diomedem, cui favet, facere deum immortalem. Pind. N. X, 7.

psius Aeschyli animo dictum esse mihi constat. Scilicet est potentissima, confidit enim Jovi, solique ei libere fulmine uti licet, E. 826; [210]) ac propterea neque opus est, ut longam consumat orationem ubi rem quampiam suadet, neque omnino ut quidquam dicat, quod ratum non est factura, E. 899; propterea si quid novi et incogniti miratur, metu tamen minime tangitur, E. 407; et in rebus humanis, imprimis Atheniensium, tanta est eius potestas, ut ipsa Eumenidibus honorem apud hos concedat eumque se tuituram esse polliceatur: τῷ γὰρ σέβοντι ξυμφορὰς ὀρθώσομεν, 897. Unde apparet, quam inanis sit Furiarum fiducia, qua se aliquid contra eam valere opinantur, E. 299. Audit praeterea (ὧν θεός) quae e longinquo dicuntur E. 297, 397. Est sapientissima [211]), id quod ipsae concedunt Furiae, τῶν σοφῶν γὰρ οὐ πένῃ E. 431: cuius laudis a Jove acceptae bene sibi conscia est, E. 850: nam quod ibi maiorem Furiis concedit sapientiam, id modestius quam verius dictum esse res ipsa docet: ac sapientiae maxime insignia in tota tragoedia edit exempla, velut in constituendo Areopago, 696. Itaque quibus favet, iis assignat τὸ σωφρονεῖν, 999, cf. 988. Est facundissima, proprium est eius illud γλώσσης μείλιγμα καὶ θελκτήριον, ἁγνὸν πειθοῦς σέβας, E. 886. Propterea vim, qua agere potest, aspernata soli huic facundiae confidit, 829; omnem adversariis

---

210) Eur. Troad. 80. De clavibus cf. Arist. Av. 1745.

211) Athenis in curia sacrum erat Διὸς βουλαίου καὶ Ἀθηνᾶς βουλαίας Antiph. de choreut. p. 146. Quia ab artificiis parum discernitur sapientia, ipsa artificiis excellit Minerva eorumque peritos facit, ut Rhodum, Pind. Ol. VII, 51.

largitur honorem 798, 933, 848, 882; summa comitate grandaevarum iracundiam perfert et ignoscit 849, 881; summa suavitate honorum, quos iis assignatura sit, gratiam exornat 805, 834, 851; ut tandem suo jure possit gloriari, quod per se vicerit Jupiter ἀγορᾶιος, facundiaeque gratiam habere, quod sibi linguam adjuverit 970-975. Propterea cives suos docet γλώσσης ἀγαθῆς ὁδὸν εὑρίσκειν 988. Est justissima, retinet sese ab omni negotio, quod non sortita est, 471; curat ubique ut omnia justissime fiant, 430, 488, 573, 674, 709, 913 (summam vero justitiam a Jove pendere agnoscit, 797); et propter hanc eius justitiam ac sapientiam Apollo (79, 224) pariter ac Furiae (435) eius judicio se submittunt (σέβουσαί γ' ἀξίαν ἐπαξίων), summaque fiducia Orestes, 243 (468. Nam sicut comites agit erga unumquemque deum, erga foedas etiam Furias, quibus neque propter foeditatem maledicere (413), neque in ullam earum reprehensionem incidere sustinet (678, 882): ita mortalibus est clemens et facilis cf. 235, 298; et propterea lege jubet, liberandum esse reum, etiam si paria habeat suffragia, 741; ipsaque liberum Orestem proclamat 752, servans [212]) eius domum et patria terra orbatum restituens. Et pro hominibus, pro Atheniensibus utitur facundia victrici, qua numinibus illis augustis sedem Athenis constituit ac de hac re maximopere laetatur 927, 968. Omnino enim Athenarum ve-

212) Aram in Areopago Minervae ἀρείᾳ, quae perniciem valide propulsaverit, dedicavit Orestes, Paus. I, 28, 5. Apud Sophoclem precibus invocatur ut pestilentiam averruncet O. T. 159, 188: Ipsis enim Athenis colebatur ὑγιεία Paus. I, 23, 4; παιωνία Paus. I, 2, 5; 34, 3; quo munere sanandi et placandi insigni modo utitur in Eumenidibus.

n est regina ἄνασσα χώρας 288, 235, 443, 892, [213]) eaque gubernante rege non opus est (cf. P. 241—244). Ut regina totius populi vice ubique fungitur, in occupanda regione ad Scamandrum, 388—402; in foedere jungendo, 289, 670, 762; in bellis 776; in constituendo Areopagi judicio, cui optimos civium eligit, 487; legemque, quam observari jubet, pronuntiat, 571, 681, cf. 614; atque sicut magistratus Atheniensis εἰςάγει τὴν δίκην, 582; praeest in judicando 629, 734; recipit denique Eumenides in terram 804, 916, 1003: προτέραν δ' ἐμὲ χρὴ Στείχειν θαλάμους ἀποδείξουσάν. cf. 1022 sqq. Et sic omnino urbi et terrae cui ipsa nomen praebet E. 10, 79, 772, 1016, 1045; P. 347, quam ipsa suam vocat [214]) (487, 707, 858) omni modo favet, quidvis malum avertere studet, 475; tegit eos suis alis 1001, 911; omni bellica gloria eos exornat 915, 864, 893; et bonorum bonam voluntatem iis assignat (1012). Minervae enim gratia Jupiter etiam favet (998, 1002, 1045) terrae θεοφιλεστάτῃ, 869; favet etiam Apollo, 668; favent superi omnes, θεοὶ πόλιν σώζουσι Παλλάδος θεᾶς P. 347 [215]). Sacrum eius, quod Athenis

---

213) τῆς πόλεως μεδέουσα Arist. Equ. 763; Thesm. 1136. Hoc reginae munere fungitur etiam in bello Persico. Jovem enim Athenis iratum placare studet, sed frustra, id tantum adipiscitur, ut in ligneo muro salutem fore ille polliceatur (ex oraculo, Her. VII, 141). Propterea ipsa tandem imminente pernicie cedit ex urbe VIII, 41.

214) Soph. O. C. 107, 1090.

215) Cf. Solon. XV, 1: ἡμετέρη δὲ πόλις κατὰ μὲν Διὸς οὔποτ' ὀλεῖται Μῖσαν καὶ μακάρων θεῶν φρένας ἀθανάτων. Τοίη γὰρ μεγάθυμος ἐπίσκοπος ὀβριμοπάτρη Παλλὰς Ἀθηναίη χεῖρας ὕπερθεν ἔχει.

est, simulacrum et fanum saepius commemoratur, velut E. 242, 259: virginesque sacerdotes 1024. — Aegidem vibrans curru equisque vehitur, 405, quibus Minerva ἱππία indicatur, de qua cf. Paus. [216]). Natalem eius locum Libycum Aeschylus agnoscit Tritonem E. 293. Delphis προναία (E. 21. cf. Stanl. ib. et Herod. VIII, 37: I, 92), Thebis [217]) Onca prope portam Oncaeam colitur Th. 487, 501, 164. Lindi templum Minervae condunt Danaides, (S. 145: ἁγνὰ Διὸς κόρα Ἔχουσα σέμν' ἐνώπι' ἀσφαλές), quas ipsa navem construere fugamque parare docet. (Cf. Welck. Tril. p. 392.). In Philoctete Ulyssis curam gerit [218]) (Hrm. de Aesch. Phil. p. 6.). Ajacis superbiam ulciscitur, fractum vero morte a miseria sese levare docet Thress. fr. 73 [219]). Haud dubie etiam Ajacis Locri interi-

---

216) I, 31, 6. Minerva equestris cum Neptuno equestri colebatur Coloni I, 30, 4; Schol. Soph. O. C. 711 ex Androtione; cf. 1071; Pind. Ol. XIII, 82.

217) Soph. O. T. 20.

218) Soph. Phil. 134; Aj. 14, 953. — Tr. 1022 ab Hercule invocatur.

219) Apud Sophoclem acerba Ajacem persequitur ira, nec sine ludibrio eum tractat. Est hoc e natura divina, ut nihil tenui et incerta faciant ratione, summum eorum est odium, ut summae virtutes. Implacabile non est, per unum modo diem mansurum, sed dum manet necdum expiatum est, est terribilissimum. (Ita Aeschyli Apollo, quem fide rupta offendit Cassandra, hanc in perniciem perducit). Cf. Welcker. de Soph. Aj. in Mus. Rhen. III, p. 79. Itaque minime turpis et indigna dicenda est ratio, qua Minerva agit, sed est tamen dura et terribilis, neque negari potest, magis decoram, magis divinam esse clementem Minervam Aeschyli.

tus ab eius ira repetebatur [220]). Bellica virtute non mediocri celebratur, φιλόμαχον κράτος ῥυσίπολις γενοῦ Th. 130; cf. 164, 501; E. 295: εἴτε Φλεγραίαν [221]) πλάκα Θρασὺς ταγοῦχος ὡς ἀνὴρ ἐπισκοπεῖ. 457: σὺ Τροίαν ἄπολιν Ἰλίου πόλιν Ἔθηκας. Cf. E. 775. Propterea etiam, sicut omnino multo maiorem viris quam mulieribus Aeschylus tribuit honorem, quoniam non a matre est edita, probat quidquid virile est omni animo, modo ne ipsi nubendum sit. E. 737 [222]).

23.

Phoebus Apollo.

Si Minervam, quatenus Atheniensis erat Aeschylus, suam colebat deam, suum etiam et pie et religiose et aman-

---

220) Cf. Soph. Polyx. fr. 1.

221) Cf. Eur. Ion. 213. 1002. Pugna cum Gigantibus principalis erat inter res pictas in peplo Minervae, qui in Panathenaeis pompa in arcem portabatur. Schol. Arist. Equ. 570. Böttig. myth. techn. Jov. p. 22. De virtute bellica cf. Soph. Ph. 134: Νίκη Ἀθάνα Πολιάς, et Aj. 401: ἀλκίμα. Itaque Athenis cum Marte consociata erat Paus. I, 8, 5; armata fingebatur I, 1, 3; 28, 2. Assignat robur Pind. N. VII, 96; ipsa θρασεῖα N. III, 51. Cf. X, 84. Itaque Perseum audacem ducit in itinere. Py. X, 45.

222) Propter hos bellicos et regios mores minus exposuit Aeschylus artes muliebres, in quibus dea excellit, velut Sophoclis Minerva Ἐργάνη fr. inc. 60, Paus. I, 24, 3. Sed Sophocles etiam virilem eius agnovit indolem velut in Dearum judicio, Tibias invenit Pind. Py. XII, 7, 19.

tissime venerabatur Apollinem, neque ipsam Minervam magis quam Apollinem, neque ipsius Minervae toties habet mentionem quam Apollinis. Phoebus Apollo, gentilicius Eupatridarum deus (Müll. Dor. I, p. 245), deus laetus, lucidus, illustris, divina pollens et vigens alacritate juvenili, non dissimilis est ipsius poetae ingenii, praesertim si juvenem hunc cogitamus, comis et benignus pariter atque iracundus, clarus et serenus pariter ac foedum quidvis horrore aspernans. Itaque proprie dicitur θεὸς ἁγνός, S. 214; itaque οὐδὲν προςήκων ἐν γόοις παραστατεῖν, Ag. 1079, 1075. Siquidem, ut Stesichorus dicit, μάλα τοι μάλιστα παιγμοσύνας τε φιλεῖ μολπάς τ' Ἀπόλλων, Κήδεα δὲ στοναχάς τ' Ἀΐδας ἔλαχεν [223]). Itaque in via quae ad Orcum fert, ire non potest Apollo Th. 859, omninoque in rebus, quae ad caedem et cruorem pertinent, nihil habet negotii, id quod saepius ei objiciunt Furiae, E. 714, 575, 153, ut quae contendant, caedem Orestis nullo modo posse expiari. Furiis deus sanctus non infensus esse non potest, neque solum eas odio habet, sed ubicunque earum mentio fit, ira et horrore incenditur, cf. E. 67, 191, 644; seseque iis, nisi e domo sua egrediantur, vim illaturum esse minatur, 179. Sacer enim et illustris ipse non magis est quam quidquid agit vel suum vocat, vaticinia [224]) et templa E. 715, 191, 207, 170. Propterea piaculorum omnium, quae lustrari possunt, est lustrans, δωμάτων καθάρσιος [225]), E. 63; φόνου καθάρσιος, 578; et eodem mo-

223) Cf. Soph. Aj. 701. Pind. fr. inc. 12: ὀρχήστ' ἀγλαΐας ἀνάσσων. Py. X, 39. Cf. Theogn. 7.

224) Soph. O. T. 788.

225) Müll. Dor. I, 332—336.

re lustrat, quo homines pariter atque ipse Jupiter, καθαρμοῖς χοιροκτόνοις E. 283, 452; Ch. 1038; deinde vero eius simulacrum tangens supplex homicida piaculo liberatur, Ch. 1060; redditur purus et ἀβλαβής E. 474, 285; ἁγνός 287; et cum antea eum vocem emittere nefas sit (448), nunc a Phoebo, sapiente magistro, loqui docetur, 279. Tantae enim sanctitatis est Apollo, ut ipse non polluatur, licet αἵματος δέκτωρ νέου, E. 204; cf. Soph. Ant. 1044. Ea tantum aspernatur, quae sanari non possunt, mortuos (E. 649) et quibus mors certo definita est, οὔτι Παιὼν τῷδ' ἐπιστατεῖ λόγῳ, Ag. 1248: quidquid vero admittit remedium, optime ab eo restituitur. Propterea in Pheretis domo, ubi in summo omnia versabantur discrimine, Parcis persuasit, ut ipsum illud, quod constituissent, irritum redderent, invictam earum legem superans, E. 723; propterea dicitur ἰατρόμαντις E. 160: eodemque nomine eius filius Apis (ἤπιος) vocatur, cui terra Apia a monstris liberata nomen debet, S. 262; propterea alter eius filius Aesculapius 226) dicitur doctus in revocandis mortuis in vitam (patet enim hunc esse sensum loci impediti) Ag. 1022: pariter atque ipse immortalem reddidit hominem in aedibus Admeti. Propterea ipse Apollo dicitur ἰήϊος 227) et Paean Ag. 146; Ch. 340; fr. 264; et ipse Aeschylus docuit, Paeanem esse carmen victoriae ideo Apollini dicatum, quia malorum avertendorum potens esset, fr. 420, cf. Ch. 340: ἀντὶ δὲ θρήνων ἐπιτυμβιδίων Παιὼν μελάθροις

---

226) Soph. Phil. 1437; Pind. Py. III, 6—60; N. III, 54.

227) Soph. O. T. 154; cf. Pind. Py. V, 59.

ἐν βασιλείοις Νεοκρᾶτα φίλον κομίσειε. Propterea σωτὴρ [228]) καὶπαγώνιος praedicatur, Ag. 512; refertur inter ἀποτρόπους δαίμονας, P. 203, 206; cf. E. 64, 83, 232, 299, 758; et vide omnino Orestem ab eo defensum 614 sqq. Propterea invocatur in periculo, Th. 159; Ch. 807, 1057; E. 744. Itaque inimicis eorum quibus favet ipse inimicus (οὐ πέπων) invocatur Λύκειος [229]), qui hoste perdendo virum servat et tuetur, Ag. 1257; καὶ σὺ Λύκει' ἄναξ Λύκειος γένου Στρατῷ δαΐῳ, Th. 145; εὐμενὴς δ' ὁ Λύκειος ἔστω πάσᾳ νεολαίᾳ S. 686. Cf. Ag. 1257. Itaque omnibus, quibus irascitur, est ἀπόλλων, perniciosus, Ag. 1080; inducit eos in cladem extremam Ag. 1087, 1275; tam iratus his et infaustus ἀγυιάτης [230]), Ag. 1081; quam amicis amicus et prospiciens, E. 725. Ita Graecis Trojam obsidentibus infensus summa infligit mala, Ag. 511. Potestate enim gaudet suprema, magnus ei est honor apud Jovem E. 229; ὀθένος δὲ ποιεῖν εὖ φερέγγυον τὸ σόν, E. 198; ἄναξ Ag. 509, 513; Ch. 559, 1057; E. 85, 198, 574; Th. 801; ὕπατος Ag. 55; μεγασθενής, E. 61 [231]) Suis telis utitur

228) Soph. O. T. 150. — Avertentem vide Soph. Aj. 187; O. T. 162. Ap. ἀποτροπαῖον Dem. Mid. 15. f. Paus. I, 24, 8.

229) Soph. El. 7, 645, 655, 1379; O. T. 203, 919. Athenis colebatur Ap. Lycius in Lyceo Paus. I, 19, 3. Eadem est natura Apollinis Boedromii, Müll. Dor. I, 245, 3.

230) Apollo ἀγυιεύς colebatur Athenis Dem. Mid. 15. d; Paus. I, 31, 6 (Acharnis), qui bonam assignare putabatur fortunam. Quod munus proprium est Mercurii, nec differt ab huius naturā cogitatio, quae Apollini ἀγυιεῖ subest.

231) προστατήριος, Soph. El. 637; Tr. 209; Dem. Mid. 15, d; Corp. inscr. 112, 113.

arcu et sagittis [232]) Ag. 510; E. 181; sagittas missas dirigit, ἀγρεὺς [233]) Ἀπόλλων ὀρθὸν ἰθύνοι βέλος, fr. 379. Inimicos vero eos potissimum habet, qui secus agunt, quam quod concinit cum sacra sua natura, cuius propria est justitia (οἶσθα τὸ μὴ ἀδικεῖν) E. 85; cf. 610, 725, legesque a Jove conditas neglexerunt. His ultor et magnus vindex una cum Jove immittit Furiam ὑστεροπόποινον, Ag. 55; Ch. 283, 1030; E. 465. Prae omnibus vero Laii genus odio habet ob vetustum scelus Laii, qui cum unicam rationem, qua hoc lustrare posset, ab Apolline indicatam neglexerit, genus progenuit, in quo scelera sceleribus, exsecrationes exsecrationibus excipiebantur: usque dum Apollo perniciem festinans (Th. 690) ultimos, qui eius supertites erant, ad necem perducat [234]), Οἰδίπου γένει Κραίνων παλαιὰς Λαΐου δυςβουλίας, Th. 801; καὶ δυοῖν κρατήσας ἔληξε δαίμων, 960. Idem agit in domo Atridarum, jubet Orestem ulcisci patrem, E. 203, occidere matrem, 84, 595, 610, 580; et eadem ratione qua Agamemnonem illa interemerit, fraude et dolo, Ch. 555; eumque ipse adducit fraude justa adversus matrem, cui justo tempore poenam decernit, Ch. 955 [235]).

Leges illas a Jove praeceptas, quas neglectas ulciscitur, ipse etiam enuntiat, quo munere suo prae reliquis omnibus fungitur. Ideo usitatissimum ei nomen est Lo-

---

232) Soph. Tr. 209; O. T. 162; Pind. Ol. VI, 59; IX, 32; Py. VIII, 18.

233) Soph. O. C. 1091.

234) Ita ipsum Oedipum perdit, Soph. O. T. 377, 1329. Sceleris ultor celebratur O. T. 133, 470.

235) Soph. El. 35.

xiae, Pr. 669; Th. 618; Ag. 1074, 1208, 1211; Ch. 269, 558, 900, 953, 1030, 1036, 1059; E. 19 (*Διὸς προφήτης*), 35, 60, 235, 241, 465, 758; fr. 74 [236]); *μάντις* Ag. 1202; E. 18, aliisque locis permultis, *θεὸς χρῄζων* Ch. 340; *μάντις ἀψευδής* Ch. 558, fr. 264, v. 5; *τέχνης ἔνθεος*, E 17. Oraculum, quod enuntiat, ipsum dicitur *χρησμὸς μεγασθενής*, Ch. 269; *ἁγνός*, E. 716; cui, licet sit *δυςμαθής* (Ag. 1255; Pr. 661), summa fides sit habenda, Ch. 297; *οὐκ ἀμβλύνεται*, Th. 843; *οὐ προδώσει*, Ch. 269. Curat enim deus omni studio, ne irrita reddantur quae vaticinatus est [237]), E. 64, 615, 713; Ch. 955.

Divini ardoris, qui in vaticinando conspicitur, ratio habita esse videtur, ubi cum Baccho consociatur, permistum enim esse utrumque non credemus Macrobio, qui

---

236) Pind. Isthm. VI, 49; Py. III, 28; XI, 5. Soph. El. 82; O. T. 853 cett. De hoc munere vaticinandi cf. Soph. Aj. 1424; El. 35; O. T. 71, 80, 96, 279; O. C. 86, 102, 414, 454. Itaque vates dicuntur eius ministri (O. T. 712, 284), servi (410), quibus interdum fides abrogatur (500, 712, 857) quae summa ipsi deo habenda est: *Ζεὺς δ,τ' Ἀπόλλων ξυνετοὶ καὶ τὰ βροτῶν εἰδότες* O. T. 499. — Docet artem vaticinandi, ut apud Aeschylum Cassandram, ita apud Pindarum Iamum filium, Ol. VI, 65; et ipse diis hominibusque vaticinatur, Ol. VII, 32; VIII, 41; *πάντα ἴσαντι νόῳ, ψευδέων δ' οὐχ ἅπτεται, κλέπτει δέ νιν οὐ θεὸς οὐ βροτὸς ἔργοις οὔτε βουλαῖς* Py. III, 29; IV, 5; jubet condere coloniam, Py. IV, 54, 259; ipse *ἀρχαγέτας*, Py. V, 56; IX, 42 (*τὸν οὐ θεμιτὸν ψεύδει θιγεῖν*); 41—49 (*κύριον δς πάντων τέλος Οἶσθα καὶ πάσας κελεύθους* cett).

237) Et quia Jovis leges enuntiat, ipse Jupiter curam gerit eius oraculorum. v. not. 108.

maius non affert testimonium, quam cognomina Bacchi ad Apollinem translata: ὁ Κισσεὺς Ἀπόλλων καβαῖος ὁ μάντις fr. 411 [238]). Itaque cantui etiam praeest Apollo [239]), pariter ac Musae (S. 695): τί σοί γ' Ἀπόλλων κεκιθάρικεν Aj. Locr. fr. 5; cf. fr. 264 a Platone servatum, ubi carminibus Apollo in Thetidis nuptiis felicitatem ipsius et filii, quem editura sit, celebrat, (θεοφιλεῖς ἐμὰς τυχὰς Παιὼν ἐπευφήμησεν εὐθυμῶν ἐμέ) *). Ac si Thetis conqueritur, quod cum filio felicitatem vitamque longaevam promisisset nunc ipse eum interfecerit [240]), dubium esse non potest, quin, si universus fabulae connexus inspiceretur,

---

238) Similis est ratio Apollinis Διονυσοδότου, quem Phlyenses venerabantur Paus. I, 31, 4. In ipsa urbe colebant Διόνυσον Μελπόμενον ἐπὶ λόγῳ τοιῷδε ἐφ' ὁποίῳ περ Ἀπόλλωνα Μουσηγέτην Paus. I, 2, 5. Acharnenses colebant Διόνυσον Μελπόμενον et Διόνυσον Κισσόν Paus. I, 31, 6. Sophocles etiam (O. T. 203) Apollinem cum Baccho conjungit, sed alia ratione, hic enim est Apollo pastor, νόμιος, ac similitudo in eo posita est, quod uterque saltuum amans est. Hunc Aeschylus nusquam memorat. Athenis etiam Apollo Panis socius est. Paus. I, 28, 4.

239) Cf. Pind. Py. V, 61: πόρεν τε κίθαριν, δίδωσί τε Μοῖσαν οἷς ἂν ἐθέλῃ cf. I, 1, 12; N. V, 24; hymn. fr. 3 et 4. Musagetam vide hyporch. fr. 12. — Eius filium Orpheum φορμικτὰν ἀοιδᾶν πατέρα, Py. IV, 176.

*) Noli cum Bernhard. Synt. Gr. p. 121. legere παιῶν', Aeschylus enim hymnum dicit παιᾶνα, Ag. 645, Th. 869; fr. 420; deum vero Paeonem Ag. 99, 348; Ch. 1248.

240) Cf. Soph. Ph. 335. Cuius mortem ulturus Neoptolemus Delphis occiditur e Sophoclea fabula, Hermion. fr. 1.

Apollo nonnisi verum dixerit. Quid enim est, quod ibi cecinit, nisi clarissimum illud oraculum de duplici sorte, quae maneret Achillem? Satis enim constat, in reliquis de Achille fabulis accurate poetam secutum esse Homerica carmina. Matrem vero piam ac lugentem veram rei rationem parum curare, optime instituit.

Haec sunt Apollinis munera, haec potestas; de morum natura jam diximus, quae ut vera percipiatur, relegenda sunt quae ipse in Eumenidibus loquitur. Agit ibi deus clemens et comis erga Orestem et quemvis pium hominem: *οὔκουν δίκαιον τὸν σέβοντ' εὐεργετεῖν, Ἄλλως τε πάντως χὤτε δεόμενος τύχοι*; 725; supplici justum e Jovis legibus largiens honorem, 233; sapientibus consiliis eum instruens adversus adversarios, 81, 279; patrocinio eum adjuvans (748) usque ad felicem eventum; favens omni quod honestum est et pulchrum; sancto fervore irascens foedis numinibus, quae nonnisi malorum causa exstant. Atque ut juvenem divinum decet, sanctitatis suae sibi conscius id, quod odio habet, ridet (721, 729) et frangit *καθιππάζει νέος γραίας δαίμονας*, 150, 731, 780; *παλαιγενεῖς δὲ μοίρας φθίσας*, 173. Et ostendit ipse eventus, quamquam suo jure id dicunt Furiae quod ei objiciunt, tamen hoc eorum jus inferius esse jure Jovis, cui confidit Apollo, quod errorem et labem non admittit (717), cui ipsae se subjiciunt Furiae. Placandarum harum et permutandarum in benevolas, non est juvenis divini munus sed virginis divinae: uterque autem, societate juncta, idem perficit, quod perficit Jupiter, infringunt et permutant *μοίρας παλαιγενεῖς*. Quatenus vero etiam a Jove agnoscuntur leges aeternae, quatenus eaedem novae sunt factae et a Jove constitutae, Apollo etiam iis non super-

sedet (cf. E. 232). Quod igitur verum contraxit piaculum neque inane, quale id quod Furiae contendunt, eius ei poena luenda est. Quodnam eius piaculum statuerit Aeschylus nescimus, cum vero Aesculapii mortem pariter atque res Pheris gestas commemoret, id etiam, quod in Euripidis Alcestide inter utrasque intercedit, eum agnovisse putabimus, caedem Cyclopum, qui divina stirpe progeniti, cum ipso erant affinitate juncti. Lustratur exilio: et eo maiore fiducia exules supplices eius clementiam implorant ipsumque invocant ἁγνὸν Ἀπόλλω φυγάδ' ἀπ' οὐρανοῦ θεόν. Ἰδὼν ἂν αἶσαν τήνδε συγγνῴη βροτοῖς. Ξυγγνοῖτο δῆτα καὶ παρασταίη πρόφρων S. 214. Simili ratione simile facinus luit Hercules, venditur in servitutem Ag. 1040.

Apparentem hunc deum illustrem in sole Aeschylus intuebatur, non tamen, quasi nihil maius deum cogitavisset, quam illum orbem splendidum, imo humana haud dubie forma juvenili et pulcherrima [241]) eum indutum cogitabat: sed vinculo aliquo inter utrumque intercedente, eo fortasse ut solis κυκλὸν πανόπτην (Pr. 91, 1092) oculum dei putaret (cf. 796). Tamen non ubique, ubi Solem patrem commemorat — Pr. 808; P. 232, 502; Ag. 633, 676; Ch. 986; Heliad. fr. 59, 60; Xantr. fr. 159; Pr. sol. fr. 178 [242]) — de Apolline cogitandum est, fluctuabat haec

---

241) Cf. Theogn. 7: ἀθανάτων κάλλιστον.

242) Cf. Soph. Aj. 846, 857; El. 825; Tr. 96; Oed. T. 660 (πάντων θεῶν πρόμος Ἅλιος); 1426 (de sanctitate); Rizot. fr. 2; inc. 90, 91: Ἥλιος οἰκτείρειέ με, Ὃν οἱ σοφοὶ λέγουσι γεννητὴν θεῶν καὶ πατέρα πάντων. E quibus magnum a Sophocle Soli honorem esse tributum et maiorem, quam ab

opinio, ut omnia, quae ad res symbolicas pertinent: neque ad solem alligari poterat Apollo, cum omnes jam dii Olympii liberam vitam agerent solaque mente conceptam. Sed praeterquam quod Apollinis numen e Solis veneratione ortum videtur, nihil exstat in rerum natura, quod meliorem dei illustris et puri imaginem possit praebere, quam Sol, qui ipse pariter atque Apollo tenebrarum et Erebi est impatiens (ut quaecunque invisa sunt Apollini, Orcus et Furiae, dicantur *ἀνήλια* Th. 859; Ag. 519; E. 387, 396) ipse pariter atque Apollo occidens fugit e coelo (quod quin Aeschylus cogitatione conjunxerit, nullus dubito, cum in Supplicum loco utrumque conjunctum posuerit), ipse pariter et Apollo dicitur servator S. 213; Jovis praeco (*Ζηνὸς ὄρνις* 212) ut Apollo Jovis propheta. Neque cum Apollo in Eumenidibus testem se praebeat (*μαρτυρήσοντα* 576) possum non existimare, hoc ipsum esse significatum, ubi in Choephoris Orestes Solem patrem, qui omnia cernat, implorat, ut testes sibi futurus sit, *ὡς ἂν παρῇ μοι μάρτυς ἐν δίκῃ ποτὲ Ὡς τόνδ' ἐγὼ μετῆλθον ἐνδίκως μόρον Τὸν μητρός* Ch. 985. Cf. E. 699: *ἤδη σὺ μαρτύρησον, ἐξηγοῦ δέ μοι Ἄπολλον εἴ σφε ξὺν δίκῃ κατέκτανον.* Itaque non mirabimur, si alter cum altero invocatur, *χαῖρε δ' ἡλίου φάος, Ὕπατός τε χώρας Ζεὺς ὁ Πύθιός τ' ἄναξ*, Ag. 509. An quod Eratosthenes, ubi de Orphei morte loquitur, tradit, hunc habuisse Solem pro deo maximo et salutavisse Apollinem, ex Aeschyli Bassaridibus hauserit pariter ac mortem Orphei, nescimus. Negat hoc Müllerus (Dor. I, p. 289. not. 4).

Aeschylo, satis patet. Vitam humanam etiam O. C. 868 regere dicitur.

Quamvis benevolus et facilis mortalibus, tamen iisdem ubi jus divinum cum humanis moribus confligit, Apollo fit perniciosus. Amans Cassandram pro amoris remuneratione artibus vaticinandi instruit (αἱρεῖ τέχναισιν ἐνθέοις). Promissis non stanti [243]) artem non adimit, sed fidem corrumpit mortemque violentam assignat. Ag. 1202—1212, 1085, 1269—1276. Sed huic etiam cum Agamemnone assignat vindictam misso Oreste 1279. Itaque poena pariter et honore puellae tributo in hac quoque re se deum ostendit, qui nihil injusti committat. Rem, quae per se constat, ipse indicat Aeschylus, cum senibus Argivis persuasum sit, Cassandram, cum deum deceperit, ab eius ira haud posse manere incolumem. v. 1211.

Deli [244]) natus est Apollo, matre Latona (E. 323), septimo mensis die (Hes. Opp. 773), unde dicitur ἑβδομαγέτας, Th. 800. Phoebe Titanis, cui cognomen Phoebi debet, Delphicum oraculum ei tradit pro dono natalicio. Relicta Delo trajicit in Atticam [245]), ubi summis honoribus filii Vulcani eum excipiunt Delphosque comitantur:

---

243) Scelus est haec fraus Cassandrae pariter ac facinus Coronidis, quae »spreto Apolline per errores mentis« (non magis quam Cassandra spernit Apollinem) postquam deo morem gessit; jam gestans semen dei purum cum mortali rem habet. Ipsi mortem immittit Apollo, filium e flammis servat Aesculapium Pind. Py. III, 8—44.

244) Soph. Aj. 703; O. T. 154. — Pind. Ol. VI, 59; Py. I, 39 (Delius, Lycius, Parnasius); Isthm. I, 6, prosod. fr. 1. — Carneus Pind. Py. V, 75.

245) Cf. Pind. parth. fr. 9. Si Pindarum sequeris, hoc itinere ad Tanagram appulit. Schol. Aesch. E. 11.

Delphus rex Delphicusque populus deum venerantur, quia Jove arte vaticinandi donatus renuntiat oracula a Jove jussa, E. 6—19; sedens in Pythio telluris umbilico, E. 40, 169, 180, 194; Ag. 1255; Th. 745; Ch. 807 (*μέγα ναίων στόμιον*), 940, 953; Pr. 658; ubi ignis deo illustri splendet perpetuus, Ch. 1037 [246]). Unde Pythius [247]) (Ag. 509) et Parnasius (Ch. 953) dicitur. Athenis etiam favet, urbemque et gentem se elevaturum esse Minervae pollicetur, E. 667. Pompam navalem Delum quotannis ab Atheniensibus missam significari Th. 859, bene observat scholiastes. Hyperboreos [248]), populum beatissimum Apollini sacrum attingit Aeschylus Ch. 373, plura de iis videtur dixisse in Prom. soluto, ubi a Caucaso ad Geryonem per Istri vallem et per Hyperboreos (fr. 183) iter facit Hercules, quem missum fuisse ab Apolline ad Prometheum oraculo Pythico, sicut Ius iter oraculo Dodonaeo designatum erat, consentaneum est.

24.

Bacchus.

Bacchus in iis, quae supersunt, tragoediis uno tantum

---

246) Ibi ludis Pythiis praeest, Pind. Py. IV, 66; V, 21; X, 10; VIII, 61; N. VI, 38; Isthm. II, 18; VI, 49. Sicyone ei ludi dicantur ab Adrasto, N. IX, init.

247) Apollinis Pythii fanum erat ex antiquissimis Atheniensium Thuc. II, 15; Paus. I, 19, 1. Erat hic *πατρῷος τῇ πόλει* Demosth. de cor. p. 274. cf. Dem. c. Eubul. p. 1315, 1319.

248) Soph. fr. inc. 93; Pind. Ol. III, 14; Py. X, 39.

loco invocatur, in deorum Delphicorum [249]) numero; dicitur occupavisse terram ducens Bacchas, quas contra Pentheum misisset, cui mortem leporis instar paravisset, E. 24 [250]). Eadem ratione ut deus juvenis [251]) terras permigrans, vinum [252]) et sacra sua hominibus offerens, ulciscens eos, a quibus non recipitur et contemnitur, in sex tragoediis ab Aeschylo inductus est, Edonis, Bassaridibus, Neaniscis, quae Lycurgeam, Semela, Pentheo, Xantriis, quae Penthei trilogiam conficiebant. Genitus a Jove e Semela paritur [253]) in flammis, quibus moritur Semela,

---

249) De Baccho Delphis recepto et in summo honore habito cf. Welck. Supplem. p. 210.

250) Quod scholiastes ibi Penthei fatum in Parnasso accidere putat, videtur esse merus error. Quid Pentheo Thebano cum Parnasso? Commemoratur huius mors ut quae in itinere Bacchi ex Asia profecti evenerit in Cithaerone, a quo deinde statim Delphos deus perrexerit. Tota enim haec expeditio Bacchi cum Bacchis ipsam significat Baccharum Atticarum ad Parnassum antrumque Corycium comissationem quotannis institutam, de qua cf. Paus. X, 3, 3; 32, 7; Soph. Ant. 1128, ubi ipsae Nymphae Coryciae Bacchae appellantur. Eadem est ratio filiorum Vulcani, qui Apollinem comitantur.

251) De hac alacritate juvenili vide Soph. O. T, 1105; O. C. 678; fr. 94; Brunck. lex. Soph. ταυροφάγος.

252) Cf. Soph. Thyest fr. 6. Alcae. fr. 3 (Mehlh. anthol. lyr.) οἶνον γὰρ Σεμέλας καὶ Διὸς υἱος λαθικαδέα Ἀνθρώποισιν ἔδωκε. — Pind. scol. fr. 3. De sacris cf. Pind. dithyr. fr. 3: κισσοδέτας, Βρόμιος, Ἐριβόας, conjunctus cum Magna Matre dith. fr. 5, 6. Prospicit etiam arboribus, inc. fr. 22.

253) Thebis, Soph. Tr. 510; O. T. 211; Ant. 154, 1122, 1137; Pind. Isthm. VI, 5; hymn. fr. 1.

πνεόντων μεῖζον ἢ δικαίως Ag. 375, itaque de firmo quopiam munimento et praesidio [259]), S. 83 (ἔστι δὲ καὶ πτολέμου τειρομένοις βωμὸς Ἄρης φυγάσι Ῥῦμα); 749 (γυνὴ μονωθεῖσ' οὐδέν. οὐκ ἔνεστ' Ἄρης); Ag. 78. Tum vero de bello, de certamine [260]) πνοαῖς Ἄρεος, Th. 64, 116, 121; τοξόδαμνον Ἄρη, P. 85; ναύφρακτος Ἄρης, P. 951; cf. S. 435, 702; Th. 412; Ch. 461, 938, tum de honesto externo, E. 913, tum de civili certamine ἐμφύλιον Ἄρη, E. 862, 355; Th. 910; Ag. 1511. Et plerumque premitur perniciosa belli vis, μαινόμενος ἐπιπνεῖ λαοδάμας Μιαίνων εὐσεβείαν Ἄρης, Th. 344; κακός 945; ἑτεραλκής P. 951; ἄχορος μαχλός S. 635; βροτολοιγός, S. 665; cf. 935; Ag. 437; ἀλλ' Ἄρης ἀεὶ τὰ λῷστα πάντ' ἀμᾶν φιλεῖ στρατοῦ Europ. fr. 49 [261]); Ἄρης φιλεῖ Δίλογχον ἄτην φοινίαν ξυνωρίδα, Ag. 642; κόμμος Ἄρειος, Ch. 423. Itaque dicitur de quavis strage Pr. 861: θηλυκτόνῳ Ἄρει [262]) et S. 681: ἄχορον ἀκίθαριν δακρυόγονον Ἄρη de pestilentia [263]). Quorum locorum in aliis mera res, in aliis cum re etiam numen, quod in re pollet, significatur [264]), Th. 116, 344, 412, 414; fr. 49. Sunt denique alii, in quibus clarius

---

259) Soph. El. 1243; O. C 1065; Thyest. fr. 1.

260) Soph. Aj. 614, 1196; Ant. 125; O. C. 1046, 1679; Pind. Ol. IX, 76; Py. V, 79; Isthm. IV, 48.

261) Soph. Phryg. fr. 1. 262) Soph. Aj. 254.

263) Soph. O. T. 190.

264) Soph. El. 96; Tr. 555; Ant. 140. Pro numine, quod in ira viget insana El. 1385, 1423, Aj. 179, 706; O. C. 1391; Ant. 952, 970; fr. inc. 58 (Tom. III, p. 687 Brunck). — Pind. Ol. XI, 15; Py. II, 2; X, 14; N. IX, 37; Isthm. III, 33; V, 54; VI, 25.

pparet divina dignitas, dignitas quidem dei validissimi, ngentis, invicti [265]) Cf. Th. 469. Itaque Athenas cum Iove tuetur, E. 918; colitur ab Amazonibus, quae sacra ei faciunt in Areopago condendo [266]), E. 689, invocatur cum Enyo et Pavore a septem ducibus Thebas aggressuris, Th. 45; maxime vero ipsas tuetur Thebas, urbem suam, παλαίχθων Ἄρης τὰν τεὰν γᾶν, Ὠ·χρυσοπήληξ δαῖμον, ἔπιδ', ἔπιδε πόλιν Ἅν ποτ' εὐφιλήταν ἔθου Th. 105; cf. 135. Veneris eum commemorari amatorem (S. 665) diximus. Habet denique etiam de bellis potentiam [267]), ἔργον ἐν κύβοις Ἄρης κρινεῖ Th. 414; S. 935; sed nonnisi eam, qua quodcunque belli numen cogitatur carere non potest. Itaque cum reliquorum omnium deorum magnorum libera appareat natura, variis ornata viribus et honoribus, Mars nihil est nisi numen, quo belli ratio significatur. Hic autem honor tam exilis est et tenuis, ut aliam cum eo Aeschylus conjunxerit cogitationem, qua eius dignitatem firmavit et amplificavit, pariter ac Veneri, quae nihil agit nisi amorem, eo auxit honorem, quod per totam rerum naturam pertinentem cogitabat hanc potentiam.

Martis enim germanam sororem praedicat Justitiam, Δίκην, quae tantum non in omni occasione cum eo consociatur. Ἄρης κρινεῖ Δίκη δ' ὁμαίμων, Th. 415; Ἄρης Ἄρει ξυμβάλοι, Δίκα Δίκᾳ, Ch. 461; ἔμολε μὲν Δίκα Πριαμίδαις χρόνῳ βαρύδικος ποινά. Ἔμολε δ' ἐς δόμον τὸν Ἀγαμέμνονος διπλοῦς λέων, διπλοῦς Ἄρης, 935; πρὶν

265) Pind. N. X, 84; Isthm. VII, 37.
266) Soph. O. C. 947. 267) Pind. Ol, XIII, 106.

ἐξοπλίζειν Ἄρη δίκας ἄτερ πημάτων διδοῖεν, S. 702. Adde locos ubi permutat poeta quae de iis praedicantur δικηφόρου Διὸς μακέλλῃ Ag. 525; μάστιγι τὴν Ἄρης φιλεῖ, 642; ἀντίδικος - - κλάζοντες Ἄρη de Atridis Ag. 41 et 48. — Et 81 sqq. a Danaidibus nuptias fugientibus dii invocantur πέλοιτ' ἂν ἔνδικοι γάμοις, deorumque ara celebratur Ἄρης φυγάσιν. Cf. 934: Ἄρης δικάζει. Adde custodiam justitiae in Areopago institutam: πάγος Ἄρειος, ἐν δὲ τῷ - - φόβος τὸ μὴ ἀδικεῖν σχήσει, E. 691. Quae si singula nihil efficerent, probant conjuncta, affinem in Aeschyli animo fuisse cogitationem Martis justitiae. Quod aliunde etiam constat, caede enim gigni caedem, scelere scelus saepius profitetur. Atque Mars per se etiam ultor praedicatur: μένει Ἄρει ἐκτίνειν ὁμοίαν θέμιν, S. 435; cf. Ch. 162; Pind. Pyth. XI, 36: χρονίῳ σὺν Ἄρει πέφγε ματέρ' Αἴγισθόν τε. Justitia vero per se etiam συμμάχων ὑπερστατεῖ, S. 342; consociatur cum Robore: Κράτος τε καὶ Δίκη, Ch. 244; cf. S. 1069 et 1072; fr. 308: ὅπου γὰρ ἰσχὺς συζυγοῦσι καὶ δίκη, Ποιὴ ξυνωρὶς τῆςδε καρτερωτέρα; et omnino cogitatur bellicosa, νικηφόρος, Ch. 149; σύμμαχος Ch. 497; S. 395; ξίφος Δίκας Ch. 641; Δίκη πρὸς ἄλλο πρᾶγμα θηγάνει βλάβης Ag. 1535; ἔθιγε δ' ἐν μάχᾳ χερὸς ἐτητύμως Διός κόρα, Δίκαν δέ νιν Προςαγορεύομεν - - - Ὀλέθριον πνέουσ' ἐν ἐχθροῖς κότον Ch. 949; splendetque in evertendis domibus impiorum, justis favens, Ag. 774 [268]); par pari retribuens, caedem caede ulciscens, Ch. 311; poenam nunc citius infli-

---

268) P. Ol. VII, 17. Pindaro vero Justitia nihil est nisi divini numinis allegoria, Ol. XIII, 7; Py. VIII, 1, 71.

gens, nunc differens, Ch. 61; nunquam negligens, quavis, quam infligit, ultione radices [269]) sibi firmans Ch. 646; tacita (σιγῶν ὄλεθρος, E. 935) et haud conspicua et dormientem et ambulantem et sedentem persequens, omnium quae quis clam perpetrat conscia fr. 271 [270]); divitiis adversarii minime cohibita, Ag. 381; alii scopulum occultum obtendens, quo incurrens navis ei frangitur et perit E. 564 [271]); alii rete parans, quo implicitus in perniciem detrahitur Ag. 1611, cf. P. 99. Propterea sociatur cum Furiis Ag. 1432; E. 511 sqq. [272]); et cum Nemesi mortuorum exsecrationem ratam facit, Hector. lutr. fr. 244. Ipsa tamen minime est e numero numinum inferorum sed germana Jovis filia [273]) Ch. 950; virgo intacta, Διὸς παῖς παρθένος Th. 662; neque superata Furiarum potentia eius domus concidit (quod praedicant Furiae E. 516) denuo potius conditur instituto Areopago manetque μεγιστότιμος

---

269) Schütz vocem πύθμην pro fundo accipere mavult, sed ubique huic apud Aeschylum subest cogitatio arboris Ch. 204, 260; S. 105.

270) Cf. illud Solonis XV, 15: σιγῶσα σύνοιδε τὰ γιγνόμενα πρό τ' ἔρντα Σὺν δὲ χρόνῳ πάντως ἦλθ' ἀποτισομένη. Cf. V, 8; Soph. fr. inc. 2; El. 528; O. T. 885; O. C. 1536.

271) Cf. Soph. Antig. 854.

272) Soph. Antig. 451; Aj. 1390; Tr. 810.

273) Orpheus et Hesiodus eam prope Jovis solium sedentem omnium rerum humanarum curam gerere exhibuerunt ἀπαραίτητον καὶ σεμνήν. Orph. apud Demosth. Aristogit. p. 772. Hes. Opp. 258—264.

ἐξοπλίζειν Ἄρη δίκας ἄτερ πημάτων διδοῖεν, S. 702. Adde locos ubi permutat poeta quae de iis praedicantur δικηφόρου Διὸς μακέλλῃ Ag. 525; μάστιγι τὴν Ἄρης φιλεῖ, 642; ἀντίδικος - - κλάζοντες Ἄρη de Atridis Ag. 41 et 48. — Et 81 sqq. a Danaidibus nuptias fugientibus dii invocantur πέλοιτ' ἂν ἔνδικοι γάμοις, deorumque ara celebratur Ἄρης φυγάσιν. Cf. 934: Ἄρης δικάζει. Adde custodiam justitiae in Areopago institutam: πάγος Ἄρειος, ἐν δὲ τῷ - - φόβος τὸ μὴ ἀδικεῖν σχήσει, E. 691. Quae si singula nihil efficerent, probant conjuncta, affinem in Aeschyli animo fuisse cogitationem Martis justitiae. Quod aliunde etiam constat, caede enim gigni caedem, scelere scelus saepius profitetur. Atque Mars per se etiam ultor praedicatur: μένει Ἄρει ἐκτίνειν ὁμοίαν θέμιν, S. 435; cf. Ch. 162; Pind. Pyth. XI, 36: χρονίῳ σὺν Ἄρει πέφυε ματέρ' Αἴγισθόν τε. Justitia vero per se etiam συμμάχων ὑπερστατεῖ, S. 342; consociatur cum Robore: Κράτος τε καὶ Δίκη, Ch. 244; cf. S. 1069 et 1072; fr. 308: ὅπου γὰρ ἰσχὺς συζυγοῦσι καὶ δίκη, Ποιὴ ξυνωρὶς τῆσδε καρτερωτέρα; et omnino cogitatur bellicosa, νικηφόρος, Ch. 149; σύμμαχος Ch. 497; S. 395; ξίφος Δίκας Ch. 641; Δίκη πρὸς ἄλλο πρᾶγμα θηγάνει βλάβης Ag. 1535; ἔθιγε δ' ἐν μάχᾳ χερὸς ἐτητύμως Διός κόρα, Δίκαν δέ νιν Προςαγορεύομεν - - - Ὀλέθριον πνέουσ' ἐν ἐχθροῖς κότον Ch. 949; splendetque in evertendis domibus impiorum, justis favens, Ag. 774 [268]); par pari retribuens, caedem caede ulciscens, Ch. 311; poenam nunc citius infli-

---

268) P. Ol. VII, 17. Pindaro vero Justitia nihil est nisi divini numinis allegoria, Ol. XIII, 7; Py. VIII, 1, 71.

gens, nunc differens, Ch. 61; nunquam negligens, quavis, quam infligit, ultione radices [269]) sibi firmans Ch. 646; tacita (σιγῶν ὄλεθρος, E. 935) et haud conspicua et dormientem et ambulantem et sedentem persequens, omnium quae quis clam perpetrat conscia fr. 271 [270]); divitiis adversarii minime cohibita, Ag. 381; alii scopulum occultum obtendens, quo incurrens navis ei frangitur et perit E. 564 [271]); alii rete parans, quo implicitus in perniciem detrahitur Ag. 1611, cf. P. 99. Propterea sociatur cum Furiis Ag. 1432; E. 511 sqq. [272]); et cum Nemesi mortuorum exsecrationem ratam facit, Hector. lutr. fr. 244. Ipsa tamen minime est e numero numinum inferorum sed germana Jovis filia [273]) Ch. 950; virgo intacta, Διὸς παῖς παρθένας Th. 662.; neque superata Furiarum potentia eius domus concidit (quod praedicant Furiae E. 516) denuo potius conditur instituto Areopago manetque μεγιστότιμος

---

269) Schütz vocem πύθμην pro fundo accipere mavult, sed ubique huic apud Aeschylum subest cogitatio arboris Ch. 204, 260; S. 105.

270) Cf. illud Solonis XV, 15: σιγῶσα σύνοιδε τὰ γιγνόμενα πρό τ' ἔοντα Σὺν δὲ χρόνῳ πάντως ἦλθ' ἀποτισομένη. Cf. V, 8; Soph. fr. inc. 2; El. 528; O. T. 885; O. C. 1536.

271) Cf. Soph. Antig. 854.

272) Soph. Antig. 451; Aj. 1390; Tr. 810.

273) Orpheus et Hesiodus eam prope Jovis solium sedentem omnium rerum humanarum curam gerere exhibuerunt ἀπαραίτητον καὶ σεμνήν. Orph. apud Demosth. Aristogit. p. 772. Hes. Opp. 258—264.

S. 709 [274]); eiusque sunt leges aeternae de pietate erga deos, parentes, hospites: quae pietas tanquam ara cogitatur, cuius qui minuit honorem, obviam fertur cladi certae E. 538 sqq.; Ag. 383. Talem enim hominem non aversari non potest: *ἦ δῆτ' ἂν εἴη πανδίκως Ψευδώνυμος Δίκη ξύνουσα φωτὶ παντόλμῳ φρένας*, Th. 671. Sicut vero Jupiter, cuius filia est, sapientiam docet per dolorem, ita etiam Justitia *σωφρόνως ἡγουμένη* (Th. 645) docet dolore afflictum, quae necessario e quovis facinore eventura sint, *Δίκα τοῖς μὲν παθοῦσιν μαθεῖν ἐπιῤῥέπει τὸ μέλλον*. Ag. 250 [275]). Omnino enim in arbitrio est mortalis, utrum obtemperare velit legibus justitiae, qua sola felicem sese conservat, necne: *οἴκων δ' ἄρ' εὐθυθίκων καλλίπαις πότμος ἀεὶ* Ag. 761; *ἀνάγκας ἄτερ δίκαιος ὢν οὐκ ἄνολβος ἔσται, Πανώλεθρος δ' οὔποτ' ἂν γένοιτο*, E. 550; neque in ullam cladem homo incidit *ἀνελεύθερον* Ag. 1521; cui non ipse dederit ansam [276]).

26.

Panem in Psyttalea insula degentem memorat Aeschy-

---

274) *εἴπερ ἐστὶν ἡ παλαίφατος Δίκη Ξύνεδρος Ζηνὸς ἀρχαίοις νόμοις* Soph. O. C. 1382.

275) Eandem cogitationem habes El. 475: *ἃ πρόμαντις Δίκα Δίκαια φερομένα χεροῖν κράτη.*

276) Quod idem praeclare praedicat Bacchylides fr. 7. *Ζεὺς ὑψιμέδων ὃς ἅπαντα Δέρκεται οὐκ αἴτιος θνατοῖς μεγάλων ἀχέων· Ἀλλ' ἐν μέσῳ κεῖται κιχεῖν Πᾶσιν ἀνθρώποισι Δίκαν ὁσίαν ἁγνὰν Εὐνομίας ἀκόλουθον καὶ πιστᾶς Θέμιδος. Ὀλβίων παῖδές νιν εὑρόντες σύγοικον.*

lus P. 448: ἣν ὁ φιλόχορος Πὰν ἐμβατεύει ποντίας ἀκτῆς ἔπι [277]). Manifestum est, significari a poeta simulacra Panis, quae in hac insula posita esse tradit Paus. I, 36, 2. De hoc numine Athenis in ipso bello Marathonio recepto notus est locus Herod. VI, 105. Cf. Paus. I, 28, 4. Spelunca et mons Pani dedicatus erat prope Marathonem, Paus. I, 32, 7. Propria Panis natura versantis in vallibus montanis tangitur fr. 87 [278]). Praeterea (Ag. 56) recensetur inter numina, quae violenta facinora ulciscuntur, vel quia animalibus favet pariter ac Diana, vel quia terrore mentem percellit et perturbat pariter ac Furiae. Müll. Dor. I, 295. Utrum in Callisto, dramate satyrico, plures dixerit Panes, manet incertum, Silenos quidem plures eum commemoravisse constat. Silenus praeterea significatus videtur Edon. fr. 53; cf. Welcker. Supplem. p. 112.

Τύχη proprie significat statum rei delatum in discrimen, quod non necessario et aequabili rerum omnium nexu, sed casu aliquo dirimendum est: Th. 506; S. 380; Ag. 1653; itaque omnino rem vel huc vel illuc vergentem fr. 264; S. 326; saepe etiam male vertentem S. 88; P. 438, 1007; Ch. 945; Th. 633; Pr. 769 τύχη Jovis; Ag. 1129; plerumque vero prosperum eventum (interdum etiam

---

277) Pind. parth. 4; Theocrit. V, 14; cf. Soph. Aj. 695. θεῶν χοροποιός Pind. parth. fr. 6.

278) Soph. O. T. 1100. Cum Apolline νομίῳ sociatur Aj. 695: Athenis etiam jungebantur: Paus. I, 28, 4, cf. Pind. parthen. fr. 7. Pindarus Panem cum Magna Matre consociare solet, cum qua Thebis prope poetae domum colebatur. Py. III, 26; Parthen. fr. 2 et 5.

bene et recte cogitatum, quod rem acu tetigit Ag. 685; et alibi justam et aptam rei conditionem S. 458; Ag. 1427), itaque bonam fortunam modo tanquam conditionem, Th. 472; Ch. 138, 373, 511, 785; fr. 275; modo tanquam numen aliquod cogitatum quod nos τυχεῖν facit Th. 426; Ag. 664; S. 523: fr. 290. τύχας Jupiter describit, quippe qui omnia suo regat arbitrio et licet maxime remota et disjuncta connectere possit. S. 88; Ch. 785. Deae Fortunae natura hilaris est et mortalibus amica, quae pulchra exhibetur descriptione fr. 290 [279]).

Poesi sacrae magis quam religioni, poesi, quae id ipsum esse sibi persuadet, quod sibi finxit, debemus daemonem Amphidromum (fr. 55); Rabiem fr. 155 (cf. Ch. 288); Discordiam Th. 1051, Desiderium; Suadelam [280])

---

279) Itaque Pindari dictum (Paus. VII. 26, 8), Fortunam sororem esse Parcarum et potentiorem quidem quam illas, similis est cogitationi Aeschyli, superatas esse Parcas ab Olympiis, qui non legi obtemperant sed suo vivunt arbitrio. Fortuna ipsa praedicatur filia Jovis Ἐλευθερίου Ol. XII. ubi v. 1 – 20 Fortis Fortunae arbitrium legimus descriptum, cuius tamen fons a divina repetitur gubernatione.

280) Soph. fr. inc. 73, qui plura etiam talia numina agnoscit Αἰδῶ, O. C. 1286; Ὕβριν, O. T. 872; Φήμην et Spem, O. T. 158; Fortunam, O. T. 1080; Nemesin El. 791, 1467; Victoriam, Ant. 148; Λοιμόν (πυρφόρον θεόν) O. T. 28; χρόνον, El. 179; ἧκεν δὲ Δαὶς θάλεια πρεσβίστη θεῶν Soph. Triptol. apud Hesych. Δαίς. Famem vide apud Simonid. de mulier. 102. Maximam vero horum numinum turbam sibi finxit Pindarus, Pacem Ol. XIII, 7; Εὐνομίαν, Ol. IX, 10; XIII, 6; Ἡσυχίαν, Ol. IV, 16; Py. VIII, 1; fr. inc. 125;

δ. 1040; Ag. 385; E. 885. Est hoc ex ipsa indole hominis tanto mentis, tanto sentiendi vigore pollentis, credere quae ipse confecit. In omni enim, quod magnum sentiebat in rerum natura, conscius sibi erat, quod deo aliquo tangebatur, cuius species, nomen et habitus saepe ei ipsi erat definiendus. Ubi vero definitum invenit, pie et sine dubitatione eum recepit. Itaque Auroram deam agnoscit in Psychostasia fr. 263 et fr. 417 [281]; Heliades nymphas Solis filias in Heliadibus [282], Panem, Silenos in variis locis, Boream in Orithyia fr. 267; Oreades fr. 450; nymphas Corycias, Eum. 22; Palicos Aetn. fr. 6; totamque deorum marinorum turbam, quam mox recensebo. Ex eodem fonte multitudo dearum inferarum est repetenda. Differt horum numinum honor eo potissimum a dignitate Olympiorum, quod hos per totam vitam et in omnibus rebus humanis agentes agnovit, illa in singulis tantum rebus considerandis oriebantur in eius mente et his rebus absolutis ipsa quasi dissolvebantur. Ne peregrina quidem numina Aeschylus contemnebat, Cotyn Thra-

---

Εὐθυμίαν, fr. inc. 24; *Ἀλαθείαν* Ol. XI, 4; inc. 118; *Ἀτρέκειαν* Ol. XI, 13; *Αἰδῶ*, N. XI, 36; Suadam Py. IV, 219; IX, 39 cf. Boeckh.; scol. fr. 1 et 2; Victoriam, N. V, 42; Isthm. II, 26; *Πόλεμον* et *Ἀλαλάν* fr. inc. 122; *Στάσιν*, fr. inc. 125; Epimetheum cum *Προφάσει* Py. V, 25; *Χρόνον* Ol. II, 17; XI, 55; *Πότμον* Py. III, 86; N. IV, 42; VI, 6; *Ὕβριν* et *Κόρον* Ol. VIII, 10; *Νόμον* fr. inc. 48; *Διὸς παῖδα χρυσόν* fr. inc. 140; *Ἀγγελίαν* Ol. VIII, 82. Ne dicam de Gratiis, Musis, Echo, Juventute, Horis.

281) Cissia enim nihil videtur, nisi agnomen Aurorae.

282) Eridem Soph. Inach. fr. 6.

cum fr. 51; Isidem et Epaphum S. 141, 581 cett. Atqui haec etsi non contemta tamen aversabatur, pariter atque Danaides sese ab iis avertunt ad Graeca numina. Certamen inter haec et Aegyptiaca satis patet S. 852, 892, 922; neque dubium esse potest, a quanam parte Aeschylus steterit, qui omnino aspernatur Aegyptios (cf. p. 94) et eatenus tantum Isidi ipsi tribuit honorem, quatenus est Graeca Io et Jovis uxor. Cotyn vero a Baccho superatam esse patet, unde apparet, Aeschylo tam peregrina, quam priora numina debellari a diis Olympiis. Ac si veram nec dubiam neque certamini implicitam religionem in gente aliena exhibet, ibi Graeca huic submittit numina, velut in Persis, ubi non singulos tantum deos retinebat Graecos, sed etiam ubi κοινοβωμίαν aliquam commemorat, haec non modo Graeca est sed Attica, velut Telluris, Mercurii, Orci P. 629, cf. Paus. I, 28, 6.

---

ns, nunc differens, Ch. 61; nunquam negligens, quavis, iam infligit, ultione radices [269]) sibi firmans Ch. 646; cita (σιγῶν ὄλεθρος, E. 935) et haud conspicua et dormientem et ambulantem et sedentem persequens, omnium uae quis clam perpetrat conscia fr. 271 [270]); divitiis adversarii minime cohibita, Ag. 381; alii scopulum occulum obtendens, quo incurrens navis ei frangitur et perit . 564 [271]); alii rete parans, quo implicitus in perniciem etrahitur Ag. 1611, cf. P. 99. Propterea sociatur cum uriis Ag. 1432; E. 511 sqq. [272]); et cum Nemesi mortorum exsecrationem ratam facit, Hector. latr. fr. 244. psa tamen minime est e numero numinum inferorum ed germana Jovis filia [273]) Ch. 950; virgo intacta, Διὸς αἷς παρθένας Th. 662; neque superata Furiarum potentia ius domus concidit (quod praedicant Furiae E. 516) denuo otius conditur instituto Areopago manetque μεγιστότιμος

---

269) Schütz vocem πύθμην pro fundo accipere mavult, sed ubique huic apud Aeschylum subest cogitatio arboris Ch. 204, 260; S. 105.

270) Cf. illud Solonis XV, 15: σιγῶσα σύνοιδε τὰ γιγνόμενα πρό τ' ἔοντα Σὺν δὲ χρόνῳ πάντως ἦλθ' ἀποτισομένη. Cf. V, 8; Soph. fr. inc. 2; El. 528; O. T. 885; O. C. 1536.

271) Cf. Soph. Antig. 854.

272) Soph. Antig. 451; Aj. 1390; Tr. 810.

273) Orpheus et Hesiodus eam prope Jovis solium sedentem omnium rerum humanarum curam gerere exhibuerunt ἀπαραίτητον καὶ σεμνήν. Orph. apud Demosth. Aristogit. p. 772. Hes. Opp. 258—264.

est omnis undarum impetus, ut ipsius maiestatem minuat, qui hunc despicit. P. 750. Sed in terra etiam maxima est eius auctoritas S. 217; P. 750; tum quia Jovis est frater, tum quia undis terram amplectitur, tum quia per universam etiam terram eius ditio pertinet, quo duplici sensu dicitur γαιάοχος Th. 310 [286]. Nam, id quod ex eodem loco patet, non salsa solum aqua eius est, sed omnis omnino, ut potum etiam nutrientem emittens et Oceaninarum etiam rex cogitetur. Itaque E. 27 cum Plisto flumine conjunctus invocatur. Cycnum, Neptuni filium, immanem Aeschylus etiam sibi finxisse videtur. Cf. Ar. Ran. 963.

γαιάοχον Ol. I, 25; XIII, 81; Py. IV, 33: Isthm. VI, 38; terrae percussorem Py. VI, 50; Isthm. III, 37; ἵππαρχον Py. IV, 33; cf. Ol. I, 86; V, 21; VIII, 48; Py. VI, 50; Isthm. I, 52; δαμαῖον Ol. III, 69; Isthmiorum praesidem Isthm. I, 32; II, 14; V, 5; VI, 38; patrem Nereidum Py. V, 37; conjugem Amphitritae, Ol. VI, 105. Trojae muros exstruxit Ol. VIII, 31. An revera a Neptuno terra moveatur, dubitare videtur Herodotus VII, 129, de potentia et numine dei minime incertus.

286) Cf. Soph. O. C. 1072: τὸν πόντιον γαιάοχον Ῥέας φίλον υἱόν. In iis, quae de Sophoclis operibus exstant, marinus tantum deus celebratur, ἐνάλιος, O. C. 887, 1494; cf. 55, 1158; equester, 713. Qui loci omnes eius fanum prope Colonum in litore maris spectant. Cf. not. 216. Praeterea cf. Laoc. fr. 2: Πόσειδον ὃς Αἰγαίου μέδεις πρωνός cett. Androm. 1 Cassiepeae mittit monstrum marinum. In Tyro fabula rem habet cum Tyro. In Sunio promontorio colebatur Arist. Equ. 560.

28.

Oceaninas in Prometheo Aeschylus induxit puellas divinas quidem, sed ex inferiore deorum genere, humanisque sensibus praeditas, ipsas deos maiores (θεοὺς κρείσσονας) pie reverentes, quin etiam verentes et sacrificiis placantes. Quod in omnibus invenies tragoediae canticis choricis, velut 530, 894, 559 (ubi Hesionae mentio). Ipse Oceanus, cuius flumen totum orbem terrarum amplectitur (Pr. sol. fr. 178) describitur senex grandaevus, sapiens, moderatus, comis atque benevolus, cui propterea magnus apud ipsum Jovem honor est (Pr. 339). Filium eius Inachum saepius poeta commemorat, modo ut fluvium S. 497; Ch. 6; fr. 442; modo regem Argivorum Pr. 653; seqq. 663 seqq. cf. 636, 590, 705. Praeterea fluvios quibus divini tribuebantur honores habes Ismenum Th. 273; cf. 378; Sperchium Philoct. fr. 234. (cf. P. 487); Caicum Mys. fr. 131; cf. Myrmid. fr. 122; Plistum, E. 307; cf. fr. 426; Amymonen in dramate satyrico; 27 (cum Neptuno consociatum); Dircen Th. 273, Nilum S. 880, 1025; cf. 561; P. 34; cf. de fluminibus Argivis S. 1027. cf. Pr. 434 (ἀγνόρντος); P. 497. Numina *maris* commemorantur Glaucus in Glauco marino, Thetis, regina quinquaginta Nereidum [287]), Arm. jud. 165. cf. Psychost. 263, 264; haud dubie etiam Leucothea et Palaemon cf. Welcker. Tril. p. 337; et Proteus in dramate satyrico. Bosporus etiam dicitur ῥόος θεοῦ. P. 746.

---

287) Soph. O. C. 719; Androm. fr. 1; eorumque princeps Amphitrite, O. T. 195; Hydroph. 1. De nymphis vide Tr. 215; Ph. 725, 1454, 1470; O. T. 1108.

CAPUT TERTIUM.

Dii in fabulis agentes.

I. Prometheus.

29.

Quidquid de religioso Aeschyli erga deos animo statueris, incertum esse judicabunt plerique homines, donec de vera interiore Promethei ratione convenerit. Siquidem haud negandum est, pro magno hanc tragoediam propositam esse aenigmate, quippe quae principale illud, in quod omnis meditatio incurrit, aenigma, positum in ratione, quae inter libertatem homini innatam divinamque rerum humanarum gubernationem intercedit, exhibeat. Quin solutum sit hoc aenigma ab Aeschylo in Prometheo soluto, vix dubium esse potest; atqui interiit haec fabula, perpauca sunt servata, quae per se nihil certi demonstrant, exstat vero Prometheus vinctus, in qua sine ulla timiditate aeternum illud certamen numinis divini cum genere humano adumbratum est. Neque miramur, si ingens illa vis poetica, qua certamen tractavit Aeschylus, vel turbavit animos plerosque vel ita tenuit, ut obliviscerentur, pace demum facta prorsus a nobis intelligi, quid juverit bellum.

Tamen ineptum est, inutiles fundere questus, quod altera fabula interiit, ineptius etiam esset, optare, ut pro ea, quae servata est, haberemus alteram. Divinior vix fuit, quam haec, in qua deorum maiestatem Aeschylum minuisse contendunt: an si sola illa esset servata, certius judicare possemus de eius religione, magnopere dubito. Egit enim, quod agendum est tum bono poetae, tum ei, qui bene instituturus est quod proponit aenigma: absolvit tragoediam eam, quae nobis exstat, omnibus numeris, ut si omnia quae in ea professus est singula accurate perpendimus, comparamus, conferimus cum iis, quae in aliis tragoediis similia dicit, satis intelligere possimus, quid significare voluerit, quid clarius et certius, vel hac vel illa forma indutum in Prometheo soluto enuntiaverit.

Regrediendum est ad fontes, unde fabulam hausit. Non omnes exstant, sed exstat antiquissimus, narratio rei in Theogonia Hesiodi. Ibi Prometheus est genius callidus, qui omnium hominum vice fungens Jovem in sacrificio decipit eidemque, cum iratus igne homines privet, furto hunc eripit. Propterea Jupiter hominibus mala immittit, ipsi ad columnam alligato jecur lacerare jubet aquilam, donec Herculi filio, huius gloriam amplificaturus, concedit ut vincula Promethei solvat. De genere Promethei narrat, eum esse filium Iapeti Titanis et Clymenae Oceaninae, fratrem Atlantis et Menoetii, qui simili clade perdomantur, quibus nulla conceditur liberatio.

Summam in hac narratione sententiam hanc inesse apparet, eximiam quae est mentis humanae calliditatem eo evehi superbiae, ut diis sese aequare conetur, eandem opprimi et vinciri divina potentia, usque dum sese submittat divino imperio et liberetur divina clementia. Hunc

ἐξοπλίζειν Ἄρη δίκας ἄτερ πημάτων διδοῖεν, S. 702. Adde locos ubi permutat poeta quae de iis praedicantur δικηφόρου Διὸς μακέλλῃ Ag. 525; μάστιγι τὴν Ἄρης φιλεῖ, 642; ἀντίδικος - - κλάζοντες Ἄρη de Atridis Ag. 41 et 48. — Et 81 sqq. a Danaidibus nuptias fugientibus dii invocantur πέλοιτ' ἂν ἔνδικοι γάμοις, deorumque ara celebratur Ἄρης φυγάσιν. Cf. 934: Ἄρης δικάζει. Adde custodiam justitiae in Areopago institutam: πάγος Ἄρειος, ἐν δὲ τῷ - - φόβος τὸ μὴ ἀδικεῖν σχήσει, E. 691. Quae si singula nihil efficerent, probant conjuncta, affinem in Aeschyli animo fuisse cogitationem Martis justitiae. Quod aliunde etiam constat, caede enim gigni caedem, scelere scelus saepius profitetur. Atque Mars per se etiam ultor praedicatur: μένει Ἄρει ἐκτίνειν ὁμοίαν θέμιν, S. 435; cf. Ch. 162; Pind. Pyth. XI, 36: χρονίῳ σὺν Ἄρει πέφνε ματέρ' Αἴγισθόν τε. Justitia vero per se etiam συμμάχων ὑπεροστατεῖ, S. 342; consociatur cum Robore: Κράτος τε καὶ Δίκη, Ch. 244; cf. S. 1069 et 1072; fr. 308: ὅπου γὰρ ἰσχὺς συζυγοῦσι κ. δίκη, Ποιὴ ξυνωρὶς τῆςδε καρτερωτέρα; et omnino cogitatur bellicosa, νικηφόρος, Ch. 149; σύμμαχος Ch. 497; S. 39[illegible] ξίφος Δίκας Ch. 641; Δίκη πρὸς ἄλλο πρᾶγμα θηγάνει βλ[illegible] βης Ag. 1535; ἔθιγε δ' ἐν μάχᾳ χερὸς ἐτητύμως Διός κόρ[illegible] Δίκαν δέ νιν Προςαγορεύομεν - - - Ὀλέθριον πνέουσ' ἐν ἐχθρ[illegible] κότον Ch. 949; splendetque in evertendis domibus impi[illegible] rum, justis favens, Ag. 774 [268]); par pari retribuens, ca[illegible] dem caede ulciscens, Ch. 311; poenam nunc citius in[illegible]

---

268) P. Ol. VII, 17. Pindaro vero Justitia nihil est nisi divini [illegible] minis allegoria, Ol. XIII, 7; Py. VIII, 1, 71.

gens, nunc differens, Ch. 61; nunquam negligens, quavis, quam infligit, ultione radices [269]) sibi firmans Ch. 646; tacita (σιγῶν ὄλεθρος, E. 935) et haud conspicua et dormientem et ambulantem et sedentem persequens, omnium quae quis clam perpetrat conscia fr. 271 [270]); divitiis adversarii minime cohibita, Ag. 381; alii scopulum occultum obtendens, quo incurrens navis ei frangitur et perit E. 564 [271]); alii rete parans, quo implicitus in perniciem detrahitur Ag. 1611, cf. P. 99. Propterea sociatur cum Furiis Ag. 1432; E. 511 sqq. [272]); et cum Nemesi mortuorum exsecrationem ratam facit, Hector. lutr. fr. 244. Ipsa tamen minime est e numero numinum inferorum sed germana Jovis filia [273]) Ch. 950; virgo intacta, Διὸς παῖς παρθένος Th. 662; neque superata Furiarum potentia eius domus concidit (quod praedicant Furiae E. 516) denuo potius conditur institato Areopago manetque μεγιστότιμος

---

269) Schütz vocem πύθμην pro fundo accipere mavult, sed ubique huic apud Aeschylum subest cogitatio arboris Ch. 204, 260; S. 105.

270) Cf. illud Solonis XV, 15: σιγῶσα σύνοιδε τὰ γιγνόμενα πρό τ' ἔοντα Σὺν δὲ χρόνῳ πάντως ἦλθ' ἀποτισομένη. Cf. V, 8; Soph. fr. inc. 2; El. 528; O. T. 885; O. C. 1536.

271) Cf. Soph. Antig. 854.

272) Soph. Antig. 451; Aj. 1390; Tr. 810.

273) Orpheus et Hesiodus eam prope Jovis solium sedentem omnium rerum humanarum curam gerere exhibuerunt ἀπαραίτητον καὶ σεμνήν. Orph. apud Demosth. Aristogit. p. 772. Hes. Opp. 258—264.

S. 709 [274]); eiusque sunt leges aeternae de pietate erga deos, parentes, hospites: quae pietas tanquam ara cogitatur, cuius qui minuit honorem, obviam fertur cladi certae E. 538 sqq.; Ag. 383. Talem enim hominem non aversari non potest: *ἦ δῆτ' ἂν εἴη πανδίκως Ψευδώνυμος Δίκη ξύνουσα φωτὶ παντόλμῳ φρένας*, Th. 671. Sicut vero Jupiter, cuius filia est, sapientiam docet per dolorem, ita etiam Justitia *σωφρόνως ἡγουμένη* (Th. 645) docet dolore afflictum, quae necessario e quovis facinore eventura sint, *Δίκα τοῖς μὲν παθοῦσιν μαθεῖν ἐπιῤῥέπει τὸ μέλλον*. Ag. 250 [275]). Omnino enim in arbitrio est mortalis, utrum obtemperare velit legibus justitiae, qua sola felicem sese conservat, necne: *οἴκων δ' ἄρ' εὐθυθίκων καλλίπαις πότμος ἀεὶ* Ag. 761; *ἀνάγκας ἄτερ δίκαιος ὢν οὐκ ἄνολβος ἔσται, Πανώλεθρος δ' οὔποτ' ἂν γένοιτο*, E. 550; neque in ullam cladem homo incidit *ἀνελεύθερον* Ag. 1521; cui non ipse dederit ansam [276]).

26.

Panem in Psyttalea insula degentem memorat Aeschy-

---

274) *εἴπερ ἐστὶν ἡ παλαίφατος Δίκη ξύνεδρος Ζηνὸς ἀρχαίοις νόμοις* Soph. O. C. 1382.

275) Eandem cogitationem habes El. 475: *ἃ πρόμαντις Δίκα Δίκαια φερομένα χεροῖν κράτη.*

276) Quod idem praeclare praedicat Bacchylides fr. 7. *Ζεὺς ὑψιμέδων ὃς ἅπαντα Δέρκεται οὐκ αἴτιος θνατοῖς μεγάλων ἀχέων· Ἀλλ' ἐν μέσῳ κεῖται κιχεῖν Πᾶσιν ἀνθρώποισι Δίκαν ὁσίαν ἁγνὰν Εὐνομίας ἀκόλουθον καὶ πιστᾶς Θέμιδος. Ὀλβίων παῖδές γιν εὑρόντες σύνοικον.*

lus P. 448: ἣν ὁ φιλόχορος Πὰν ἐμβατεύει ποντίας ἀκτῆς ἔπι [277]). Manifestum est, significari a poeta simulacra Panis, quae in hac insula posita esse tradit Paus. I, 36, 2. De hoc numine Athenis in ipso bello Marathonio recepto notus est locus Herod. VI, 105. Cf. Paus. I, 28, 4. Spelunca et mons Pani dedicatus erat prope Marathonem, Paus. I, 32, 7. Propria Panis natura versantis in vallibus montanis tangitur fr. 87 [278]). Praeterea (Ag. 56) recensetur inter numina, quae violenta facinora ulciscuntur, vel quia animalibus favet pariter ac Diana, vel quia terrore mentem percellit et perturbat pariter ac Furiae. Müll. Dor. I, 295. Utrum in Callisto, dramate satyrico, plures dixerit Panes, manet incertum, Silenos quidem plures eum commemoravisse constat. Silenus praeterea significatus videtur Edon. fr. 53; cf. Welcker. Supplem. p. 112.

Τύχη proprie significat statum rei delatum in discrimen, quod non necessario et aequabili rerum omnium nexu, sed casu aliquo dirimendum est: Th. 506; S. 380; Ag. 1653; itaque omnino rem vel huc vel illuc vergentem fr. 264; S. 326; saepe etiam male vertentem S. 88; P. 438, 1007; Ch. 945; Th. 633; Pr. 769 τύχη Jovis; Ag. 1129; plerumque vero prosperum eventum (interdum etiam

---

277) Pind. parth. 4; Theocrit. V, 14; cf. Soph. Aj. 695. θεῶν χοροποιός Pind. parth. fr. 6.

278) Soph. O. T. 1100. Cum Apolline νομίῳ sociatur Aj. 695: Athenis etiam jungebantur: Paus. I, 28, 4, cf. Pind. parthen. fr. 7. Pindarus Panem cum Magna Matre consociare solet, cum qua Thebis prope poetae domum colebatur. Py. III, 26; Parthen. fr. 2 et 5.

bene et recte cogitatum, quod rem acu tetigit Ag. 685; et alibi justam et aptam rei conditionem S. 458; Ag. 1427), itaque bonam fortunam modo tanquam conditionem, Th. 472; Ch. 138, 373, 511, 785; fr. 275; modo tanquam numen aliquod cogitatum quod nos τυχεῖν facit Th. 426; Ag. 664; S. 523: fr. 290. τύχας Jupiter describit, quippe qui omnia suo regat arbitrio et licet maxime remota et disjuncta connectere possit. S. 88; Ch. 785. Deae Fortunae natura hilaris est et mortalibus amica, quae pulchra exhibetur descriptione fr. 290 [279]).

Poesi sacrae magis quam religioni, poesi, quae id ipsum esse sibi persuadet, quod sibi finxit, debemus daemonem Amphidromum (fr. 55); Rabiem fr. 155 (cf. Ch. 288); Discordiam Th. 1051, Desiderium; Suadelam [280])

---

279) Itaque Pindari dictum (Paus. VII. 26, 8), Fortunam sororem esse Parcarum et potentiorem quidem quam illas, similis est cogitationi Aeschyli, superatas esse Parcas ab Olympiis, qui non legi obtemperant sed suo vivunt arbitrio. Fortuna ipsa praedicatur filia Jovis Ἐλευθερίου Ol. XII. ubi v. 1 — 20 Fortis Fortunae arbitrium legimus descriptum, cuius tamen fons a divina repetitur gubernatione.

280) Soph. fr. inc. 73, qui plura etiam talia numina agnoscit Αἰδῶ, O. C. 1286; Ὕβριν, O. T. 872; Φήμην et Spem, O. T. 158; Fortunam, O. T. 1080; Nemesin El. 791, 1467; Victoriam, Ant. 148; Λοιμόν (πυρφόρον θεόν) O. T. 28; χρόνον, El. 179; ἧκεν δὲ Δαὶς θάλεια πρεσβίστη θεῶν Soph. Triptol. apud Hesych. Δαίς. Famem vide apud Simonid. de mulier. 102. Maximam vero horum numinum turbam sibi finxit Pindarus, Pacem Ol. XIII, 7; Εὐνομίαν, Ol. IX, 10; XIII, 6; Ἡσυχίαν, Ol. IV, 16; Py. VIII, 1; fr. inc. 125;

S. 1040; Ag. 385; E. 885. Est hoc ex ipsa indole hominis tanto mentis, tanto sentiendi vigore pollentis, credere quae ipse confecit. In omni enim, quod magnum sentiebat in rerum natura, conscius sibi erat, quod deo aliquo tangebatur, cuius species, nomen et habitus saepe ei ipsi erat definiendus. Ubi vero definitum invenit, pie et sine dubitatione eum recepit. Itaque Auroram deam agnoscit in Psychostasia fr. 263 et fr. 417 [281]; Heliades nymphas Solis filias in Heliadibus [282], Panem, Silenos in variis locis, Boream in Orithyia fr. 267; Oreades fr. 450; nymphas Corycias, Eum. 22; Paliços Aetn. fr. 6; totamque deorum marinorum turbam, quam mox recensebo. Ex eodem fonte multitudo dearum inferarum est repetenda. Differt horum numinum honor eo potissimum a dignitate Olympiorum, quod hos per totam vitam et in omnibus rebus humanis agentes agnovit, illa in singulis tantum rebus considerandis oriebantur in eius mente et his rebus absolutis ipsa quasi dissolvebantur. Ne peregrina quidem numina Aeschylus contemnebat, Cotyn Thra-

---

Εὐθυμίαν, fr. inc. 24; *Ἀλαθείαν* Ol. XI, 4; inc. 118; *Ἀτρέκειαν* Ol. XI, 13; *Αἰδῶ*, N. XI, 36; Suadam Py. IV, 219; IX, 39 cf. Boeckh.; scol. fr. 1 et 2; Victoriam, N. V, 42; Isthm. II, 26; *Πόλεμον* et *Ἀλαλάν* fr. inc. 122; *Στάσιν*, fr. inc. 125; Epimetheum cum *Προφάσει* Py. V, 25; *Χρόνον* Ol. II, 17; XI, 55; *Πότμον* Py. III, 86; N. IV, 42; VI, 6; *Ὕβριν* et *Κόρον* Ol. VIII, 10; *Νόμον* fr. inc. 48; *Διὸς παῖδα χρυσόν* fr. inc. 140; *Ἀγγελίαν* Ol. VIII, 82. Ne dicam de Gratiis, Musis, Echo, Juventute, Horis.

281) Cissia enim nihil videtur, nisi agnomen Aurorae.

282) Eridem Soph. Inach. fr. 6.

cum fr. 51; Isidem et Epaphum S. 141, 581 cett. Atqui haec etsi non contemta tamen aversabatur, pariter atque Danaides sese ab iis avertunt ad Graeca numina. Certamen inter haec et Aegyptiaca satis patet S. 852, 892, 922; neque dubium esse potest, a quanam parte Aeschylus steterit, qui omnino aspernatur Aegyptios (cf. p. 94) et eatenus tantum Isidi ipsi tribuit honorem, quatenus est Graeca Io et Jovis uxor. Cotyn vero a Baccho superatam esse patet, unde apparet, Aeschylo tam peregrina, quam priora numina debellari a diis Olympiis. Ac si veram nec dubiam neque certamini implicitam religionem in gente aliena exhibet, ibi Graeca huic submittit numina, velut in Persis, ubi non singulos tantum deos retinebat Graecos, sed etiam ubi κοινοβωμίαν aliquam commemorat, haec non modo Graeca est sed Attica, velut Telluris, Mercurii, Orci P. 629, cf. Paus. I, 28, 6.

S. 1040; Ag. 385; E. 885. Est hoc ex ipsa indole hominis tanto mentis, tanto sentiendi vigore pollentis, credere quae ipse confecit. In omni enim, quod magnum sentiebat in rerum natura, conscius sibi erat, quod deo aliquo tangebatur, cuius species, nomen et habitus saepe ei ipsi erat definiendus. Ubi vero definitum invenit, pie et sine dubitatione eum recepit. Itaque Auroram deam agnoscit in Psychostasia fr. 263 et fr. 417 [281]; Heliades nymphas Solis filias in Heliadibus [282], Panem, Silenos in variis locis, Boream in Orithyia fr. 267; Oreades fr. 450; nymphas Corycias, Eum. 22; Palicos Aetn. fr. 6; totamque deorum marinorum turbam, quam mox recensebo. Ex eodem fonte multitudo dearum inferarum est repetenda. Differt horum numinum honor eo potissimum a dignitate Olympiorum, quod hos per totam vitam et in omnibus rebus humanis agentes agnovit, illa in singulis tantum rebus considerandis oriebantur in eius mente et his rebus absolutis ipsa quasi dissolvebantur. Ne peregrina quidem numina Aeschylus contemnebat, Cotyn Thra-

---

Εὐθυμίαν, fr. inc. 24; *Ἀλαθείαν* Ol. XI, 4; inc. 118; *Ἀτρέκειαν* Ol. XI, 13; *Αἰδῶ*, N. XI, 36; Suadam Py. IV, 219; IX, 39 cf. Boeckh.; scol. fr. 1 et 2; Victoriam, N. V, 42; Isthm. II, 26; *Πόλεμον* et *Ἀλαλάν* fr. inc. 122; *Στάσιν*, fr. inc. 125; Epimetheum cum *Προφάσει* Py. V, 25; *Χρόνον* Ol. II, 17; XI, 55; *Πότμον* Py. III, 86; N. IV, 42; VI, 6; *Ὕβριν* et *Κόρον* Ol. VIII, 10; *Νόμον* fr. inc. 48; *Διὸς παῖδα χρυσόν* fr. inc. 140; *Ἀγγελίαν* Ol. VIII, 82. Ne dicam de Gratiis, Musis, Echo, Juventute, Horis.

281) Cissia enim nihil videtur, nisi agnomen Aurorae.

282) Eridem Soph. Inach. fr. 6.

est omnis undarum impetus, ut ipsius maiestatem minuat, qui hunc despicit. P. 750. Sed in terra etiam maxima est eius auctoritas S. 217; P. 750; tum quia Jovis est frater, tum quia undis terram amplectitur, tum quia per universam etiam terram eius ditio pertinet, quo duplici sensu dicitur γαιάοχος Th. 310 [286]. Nam, id quod ex eodem loco patet, non salsa solum aqua eius est, sed omnis omnino, ut potum etiam nutrientem emittens et Oceaninarum etiam rex cogitetur. Itaque E. 27 cum Plisto flumine conjunctus invocatur. Cycnum, Neptuni filium, immanem Aeschylus etiam sibi finxisse videtur. Cf. Ar. Ran. 963.

γαιάοχον Ol. I, 25; XIII, 81; Py. IV, 33: Isthm. VI, 38; terrae percussorem Py. VI, 50; Isthm. III, 37; ἵππαρχον Py. IV, 33; cf. Ol. I, 86; V, 21; VIII, 48; Py. VI, 50; Isthm. I, 52; δαμαῖον Ol. III, 69; Isthmiorum praesidem Isthm. I, 32; II, 14; V, 5; VI, 38; patrem Nereidum Py. V, 37; conjugem Amphitritae, Ol. VI, 105. Trojae muros exstruxit Ol. VIII, 31. An revera a Neptuno terra moveatur, dubitare videtur Herodotus VII, 129, de potentia et numine dei minime incertus.

286) Cf. Soph. O. C. 1072: τὸν πόντιον γαιάοχον Ῥέας φίλον υἱόν. In iis, quae de Sophoclis operibus exstant, marinus tantum deus celebratur, ἐνάλιος, O. C. 887, 1494; cf. 55, 1158; equester, 713. Qui loci omnes eius fanum prope Colonum in litore maris spectant. Cf. not. 216. Praeterea cf. Laoc. fr. 2: Πόσειδον ὃς Αἰγαίου μέδεις πρωνός cett. Androm. 1 Cassiepeae mittit monstrum marinum. In Tyro fabula rem habet cum Tyro. In Sunio promontorio colebatur Arist. Equ. 560.

28.

Oceaninas in Prometheo Aeschylus induxit puellas divinas quidem, sed ex inferiore deorum genere, humanisque sensibus praeditas, ipsas deos maiores (θεοὺς κρείσσονας) pie reverentes, quin etiam verentes et sacrificiis placantes. Quod in omnibus invenies tragoediae canticis choricis, velut 530, 894, 559 (ubi Hesionae mentio). Ipse Oceanus, cuius flumen totum orbem terrarum amplectitur (Pr. sol. fr. 178) describitur senex grandaevus, sapiens, moderatus, comis atque benevolus, cui propterea magnus apud ipsum Jovem honor est (Pr. 339). Filium eius Inachum saepius poeta commemorat, modo ut fluvium S. 497; Ch. 6; fr. 442; modo regem Argivorum Pr. 653; seqq. 663 seqq. cf. 636, 590, 705. Praeterea fluvios quibus divini tribuebantur honores habes Ismenum Th. 273; cf. 378; Sperchium Philoct. fr. 234. (cf. P. 487); Caicum Mys. fr. 131; cf. Myrmid. fr. 122; Plistum, E. 307; cf. fr. 426; Amymonen in dramate satyrico; 27 (cum Neptuno consociatum); Dircen Th. 273, Nilum S. 880, 1025; cf. 561; P. 34; cf. de fluminibus Argivis S. 1027. cf. Pr. 434 (ἀγνόρυτος); P. 497. Numina maris commemorantur Glaucus in Glauco marino, Thetis, regina quinquaginta Nereidum [287]), Arm. jud. 165. cf. Psychost. 263, 264; haud dubie etiam Leucothea et Palaemon cf. Welcker. Tril. p. 337; et Proteus in dramate satyrico. Bosporus etiam dicitur ῥόος θεοῦ. P. 746.

---

287) Soph. O. C. 719; Androm. fr. 1; eorumque princeps Amphitrite, O. T. 195; Hydroph. 1. De nymphis vide Tr. 215; Ph. 725, 1454, 1470; O. T. 1108.

CAPUT TERTIUM.

Dii in fabulis agentes.

I. Prometheus.

29.

Quidquid de religioso Aeschyli erga deos animo statueris, incertum esse judicabunt plerique homines, donec de vera interiore Promethei ratione convenerit. Siquidem haud negandum est, pro magno hanc tragoediam propositam esse aenigmate, quippe quae principale illud, in quod omnis meditatio incurrit, aenigma, positum in ratione, quae inter libertatem homini innatam divinamque rerum humanarum gubernationem intercedit, exhibeat. Quin solutum sit hoc aenigma ab Aeschylo in Prometheo soluto, vix dubium esse potest; atqui interiit haec fabula, perpauca sunt servata, quae per se nihil certi demonstrant, exstat vero Prometheus vinctus, in qua sine ulla timiditate aeternum illud certamen numinis divini cum genere humano adumbratum est. Neque miramur, si ingens illa vis poetica, qua certamen tractavit Aeschylus, vel turbavit animos plerosque vel ita tenuit, ut obliviscerentur, pace demum facta prorsus a nobis intelligi, quid juverit bellum.

Tamen ineptum est, inutiles fundere questus, quod altera fabula interiit, ineptius etiam esset, optare, ut pro ea, quae servata est, haberemus alteram. Divinior vix fuit, quam haec, in qua deorum maiestatem Aeschylum minuisse contendunt: an si sola illa esset servata, certius judicare possemus de eius religione, magnopere dubito. Egit enim, quod agendum est tum bono poetae, tum ei, qui bene instituturus est quod proponit aenigma: absolvit tragoediam eam, quae nobis exstat, omnibus numeris, ut si omnia quae in ea professus est singula accurate perpendimus, comparamus, conferimus cum iis, quae in aliis tragoediis similia dicit, satis intelligere possimus, quid significare voluerit, quid clarius et certius, vel hac vel illa forma indutum in Prometheo soluto enuntiaverit.

Regrediendum est ad fontes, unde fabulam hausit. Non omnes exstant, sed exstat antiquissimus, narratio rei in Theogonia Hesiodi. Ibi Prometheus est genius callidus, qui omnium hominum vice fungens Jovem in sacrificio decipit eidemque, cum iratus igne homines privet, furto hunc eripit. Propterea Jupiter hominibus mala immittit, ipsi ad columnam alligato jecur lacerare jubet aquilam, donec Herculi filio, huius gloriam amplificaturus, concedit ut vincula Promethei solvat. De genere Promethei narrat, eum esse filium Iapeti Titanis et Clymenae Oceaninae, fratrem Atlantis et Menoetii, qui simili clade perdomantur, quibus nulla conceditur liberatio.

Summam in hac narratione sententiam hanc inesse apparet, eximiam quae est mentis humanae calliditatem eo evehi superbiae, ut diis sese aequare conetur, eandem opprimi et vinciri divina potentia, usque dum sese submittat divino imperio et liberetur divina clementia. Hunc

CAPUT TERTIUM.

Dii in fabulis agentes.

I. Prometheus.

29.

Quidquid de religioso Aeschyli erga deos animo statueris, incertum esse judicabunt plerique homines, donec de vera interiore Promethei ratione convenerit. Siquidem haud negandum est, pro magno hanc tragoediam propositam esse aenigmate, quippe quae principale illud, in quod omnis meditatio incurrit, aenigma, positum in ratione, quae inter libertatem homini innatam divinamque rerum humanarum gubernationem intercedit, exhibeat. Quin solutum sit hoc aenigma ab Aeschylo in Prometheo soluto, vix dubium esse potest; atqui interiit haec fabula, perpauca sunt servata, quae per se nihil certi demonstrant, exstat vero Prometheus vinctus, in qua sine ulla timiditate aeternum illud certamen numinis divini cum genere humano adumbratum est. Neque miramur, si ingens illa vis poetica, qua certamen tractavit Aeschylus, vel turbavit animos plerosque vel ita tenuit, ut obliviscerentur, pace demum facta prorsus a nobis intelligi, quid juverit bellum.

Tamen ineptum est, inutiles fundere questus, quod altera fabula interiit, ineptius etiam esset, optare, ut pro ea, quae servata est, haberemus alteram. Divinior vix fuit, quam haec, in qua deorum maiestatem Aeschylum minuisse contendunt: an si sola illa esset servata, certius judicare possemus de eius religione, magnopere dubito. Egit enim, quod agendum est tum bono poetae, tum ei, qui bene instituturus est quod proponit aenigma: absolvit tragoediam eam, quae nobis exstat, omnibus numeris, ut si omnia quae in ea professus est singula accurate perpendimus, comparamus, conferimus cum iis, quae in aliis tragoediis similia dicit, satis intelligere possimus, quid significare voluerit, quid clarius et certius, vel hac vel illa forma indutum in Prometheo soluto enuntiaverit.

Regrediendum est ad fontes, unde fabulam hausit. Non omnes exstant, sed exstat antiquissimus, narratio rei in Theogonia Hesiodi. Ibi Prometheus est genius callidus, qui omnium hominum vice fungens Jovem in sacrificio decipit eidemque, cum iratus igne homines privet, furto hunc eripit. Propterea Jupiter hominibus mala immittit, ipsi ad columnam alligato jecur lacerare jubet aquilam, donec Herculi filio, huius gloriam amplificaturus, concedit ut vincula Promethei solvat. De genere Promethei narrat, eum esse filium Iapeti Titanis et Clymenae Oceaninae, fratrem Atlantis et Menoetii, qui simili clade perdomantur, quibus nulla conceditur liberatio.

Summam in hac narratione sententiam hanc inesse apparet, eximiam quae est mentis humanae calliditatem eo evehi superbiae, ut diis sese aequare conetur, eandem opprimi et vinciri divina potentia, usque dum sese submittat divino imperio et liberetur divina clementia. Hunc

esse fabulae sensum negari non poterit simulatque concesseris, Promethei nomine significari prudentiam: itaque Aeschylus, quem hoc intellexisse constat (Pr. 86; S. 700; *προμαθεὺς ἀρχά*), surdus et coecus esset judicandus, si hoc minus perspexisset. At quaerendum est, si sensum perspexit, an eum exhibere voluerit. Respondeat ipse Aeschylus, qui non solum disertis verbis dicit Prometheo omnes artes humanas deberi Pr. 506, sed etiam per quinquaginta versus beneficia recenset, quae hominibus antea miserrimis donaverit, quae si accurate inspicis, nihil sunt, nisi artes quae calliditas et prudentia hominum excogitat, ut vitam sibi paret jucundam. Quae praeter has hominem ornant, robur, honor, virtutes, artes musicae minime repetuntur a Prometheo, quippe quae non debeantur calliditati sed sint dona divina. Videmus igitur ut genium prudentiae humanae Prometheum etiam ab Aeschylo exhibitum, appellatum propterea *σοφίστην* 944, *λεωργόν*, 5; *αἰπνμήτην*, 18; *περισσόφρονα*, 328 cett. Huius si res gestas et fata narrans Hesiodum secutus est, quis est, qui nobis persuadeat eum sese abstinuisse a cogitatione ea, quae totius fabulae est principalis (*ὡς οὐκ ἔστι Διὸς κλέπτειν νόον οὐδὲ παρελθεῖν* Theog. 613; Opp. 105) prudentiam humanam, quae debitum superis detrectet obsequium, jure suo puniri?

Servavit Aeschylus e fabulis Hesiodi Prometheum qui ignem furto superis eripit, vincitur, ab Hercule liberatur, servavit etiam coelum Atlanti impositum. Pro Menoetio in Tartarum detruso intulit Typhonem, tum quia non satis celeber in fabulis est ille Menoetius, tum ut eruptionis Aetnae mentionem faceret. Gravius est quod matrem permutatam Themidem pro Clymene nominat. Themide significatur jus divinum, eadem est Tel-

lus, deorum omnium mater: ad hanc refertur, quod Prometheus in rebus divinis adornat et vaticinatur.

Sed alia etiam videmus mutata. Hesiodus narrat ignem hominibus antea concessum ademtum esse a Jove, apud Aeschylum ignem prorsus novum et incognitum hominibus affert Prometheus. Vides, quantum hoc faciat pro declaranda Jovis justitia. Lege constitutum est, ignem esse deorum, non concedendum esse mortalibus, hanc legem violat Prometheus, violanti Jupiter poenam infligit. Hominum genus miserum est, fragile, viribus inens, hoc exstincturus est Jupiter, novum procreaturus, 233. In his cogitationem recepit Aeschylus e fabulis illis de aetatibus mundi, de Deucalione magnisque aquis, quae ex Hesiodeis carminibus sunt petitae, sed ratione diversae a Theogonia. Et in illo Jovis consilio procreandi generis novi haud dubie secutus est locum Operum 160: ubi post deletum genus aeneum novum creat Jupiter *δικαιότερον καὶ ἄρειον Ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος, οἱ καλέονται Ἡμίθεοι.*

Altera vero cogitatio de Prometheo homines a pernicie servante petita videtur ex Catalogo mulierum, ubi Prometheus dicebatur pater Deucalionis, quem consiliis suis ex undis servavisse dicitur ab Apollodoro: unde id etiam patet, quod per se consentaneum est, non pugnavisse Prometheum cum Jove, sed callidis consiliis homines subtraxisse. Sed haec leviter tangit Aeschylus, iis tantum receptis, quae necessaria erant ad exhibendos mores Promethei et ad exponenda Jovis consilia. Ostendimus enim sub nomine Jovis (§. 15), mutavisse hunc rationem, qua consilium ratum facturus erat, ipsum vero consilium esse effectum progenito illo genere heroum quod Hesiodus describit, divino genere mortalium.

30.

Prometheus vinctus.

Itaque haec est fabula, qualem exhibet Aeschylus mutatis, quae sibi mutanda videbantur. Jupiter imperium de mundo universo nuper adeptus Prometheum suo jure ulciscitur, quod divinam legem a se constitutam violaverit. Manet enim culpa Promethei, licet per Jovis clementiam — quidnam eum retinuit nisi clementia, ne servatos etiam a Prometheo homines exstingueret, eum, in cuius arbitrio ipsa est Promethei conditio? — mortalium res prospere cedant. Concedes, justissime agere Jovem, quod Prometheum, a quo offensus est, ulciscitur, mortalibus qui Promethei facinoris fructum percipiunt, parcit. Objicies fortasse, haec nusquam dixisse Aeschylum. At ex re ipsa patent, et quae de mortalibus non commemorantur, attinguntur tamen in rebus Oceani. Quem totius facinoris participem fuisse clamat Prometheus neque tamen aliquid esse perpessum (v. 330), imo manet ei honor apud Jovem, manet in Jovis amicitia (cf. 338): scilicet nihil commisit, quod Jovem offenderet. Quasnam in illo conatu partes egisse videatur, postea exponam.

Sic res se habent ineunte tragoedia nostra. Jam statim summa atque terribilis potentia Jovis splendide exhibetur. Loquitur genius roboris fidus Jovis minister, parendi, sed uni, scientissimus. Vulcanus Promethei miseratur, Robur miserationem non sustinet et quod Vulcanus ei objurgatur mores duros et asperos, bene respondet: licet tibi lenius sentire, meum est, esse durum et iratum in Jovis inimicos, v. 79. Idem hoc ipse responderet Jupiter, nisi causam agere omnino Jove esset indignum.

Mala enim inimicum pati ab inimico, minime est iniquum, quod ipse concedit Prometheus, 1042; neque nunc ita, nunc aliter sentit Aeschylus, sed constanter et perpetuo. Ch. 123; Th. 1019; S. 376; Ag. 533 cett. At cur acerbum hunc Jovis ministrum omnino introduxit Aeschylus? Quia potentiam aliquam supremam (δεινόν τι) requiri putat ut justitia exerceatur: ξυμφέρει σωφρονεῖν ὑπὸ στένει, E. 520. τίς γὰρ δεδοικὼς μηδὲν ἔνδικος βροτῶν; E. 699, 525. Hac potentia erga pios quasi magistratu (ἀρχῇ) Jupiter utitur, erga seditiosos quasi duro dominatu. Propria haec divini numinis violentia est Bacchi, hunc vero introduci fabula non ferebat: itaque ipsis dominationis et violentiae geniis rem peragendam tradebat poeta, quibus addebat Vulcanum, deum comem, id significans, tum comitatem, tum violentam potentiam, quae deorum esset, non posse non conspirare in eo, vinciendum esse Prometheum.

Accedo jam ad describendos Promethei mores. Generosum esse eius ingenium nemo negabit: paterno amore homines amplectitur, Pr. 446; neque periculum timet, ut eos a miseria liberet, 239, 267: pietate omnium memor est consanguineorum; dolet de malis, quibus Atlas et Typhon premuntur 347; [288]) curam gerit, ne ipse Ocea-

288) Rectissime enim Prometheo Elmsleius restituit v. 347—372, quippe qui si ab Oceano dicuntur, sint inertes, si a Prometheo, insignem habeant vim, quam mox (p. 148) demonstrabo; praeterea omni mythologiae adversantur si Atlantem Oceani fratrem dicunt, neque tanta Oceani est stultitia, ut Jovi se persuadere posse existimet, ut Typhonem et Atlantem liberet; et egregia est totius orationis ratio interior, si totum locum 340—370 dicit Prometheus.

nus incidat in malam rem, 345, 388. Et ipse summas in deorum certaminibus partes egit, Jovem adjuvans, ut victoriam adipisceretur, et in muneribus inter deos distribuendis, quamquam in his ea tantum agit, quae a Themide matre didicit, 209, 219, 440. Propter hanc nobilem eius indolem summam eius infortunium excitat commiserationem, Vulcani, 14 cett.; Oceaninarum, quae ne in extremis quidem malis ab eo discedunt, 1067; et Oceani sapientissimi et moderatissimi senis, 291 sqq.

Hunc ipsum generosum omnique generi humano carum Prometheum ironia tractavit Aeschylus. Siquidem ironia non magis ea est, quae hominis pravitatem vano ostendat circumfusam splendore, quam ea quae quidquid summae est in rebus humanis dignitatis et virtutis, servata hac ipsa dignitate tamen cadere ostendat, quoniam humanum est, in humanam fragilitatem et vanitatem [289]. Ironia usum esse Aeschylum, nemo negabit, qui accuratius eius tragoedias cognitas habet. Exempla exstant in orationibus Aegisthi, Ag. 1607, 1620; Clytaemnestrae, Ag. 1432, 1500, 1559; et in iis quae Furiae de invictis suis praedicant honoribus, E. 299 cett. Splendidissimum vero huius artis exemplum habes in Prometheo. Quaequae Prometheus agit, suo jure agit, quia vero superius est jus, cum quo ei pugnandum est, irritum illud redditur et injustum. Quis enim per se injustum dicere potest periculum, quo omnes ratio humana fines excedere conatur? Sed si divina fines positi sunt voluntate, nefas est eos

289) Cum iis, qui aliud nomen huius rei malunt quam ironiam, equidem de nominibus non pugno, modo rem concedant.

transgredi, est injustum. Summa rationis humanae est divina, Prometheus deus est immortalis, modo ne fines transgredi cupiat, quibus a diis maioribus, ab Olympiis fato aeterno separatur. Hoc vero ausus est. Demonstravimus eam esse Jovis naturam, ut solus suo agere et vivere possit arbitrio, ἰδίοις νόμοις κρατύνων 403, 150; ut solus sit liber et ingenuus: ἐλεύθερος γὰρ οὔτις ἐστὶ πλὴν Διός v. 50. Idem hoc appetit Prometheus, suo agit arbitrio: Ζῆνα γὰρ οὐ τρομέων ἰδίᾳ γνώμῃ σέβει Θνατοὺς ἄγαν, Προμηθεῦ, 542; ἄγαν δ' ἐλευθεροστομεῖς, 180. Itaque honestum et benevolum illud facinus, quo mortalibus prospicere studet, vertit in crimen (πέρα δίκης factum esse dicit Vulcanus, licet Prometheo faveat); tota eius ipsius natura mutatur, sapientia vertit in insaniam, prudentia in temeritatem. His non nimium dici probandum est. Vide modo quid agat. Antea monui, requiri ut homo sapiat, legem aliquam qua cohibeatur. Prometheus legem, quae constituta est, aspernatur, itaque mirum non erit, si non amplius sapit. Iam non credes, eum desipere, neque Robori, 85, (ψευδωνύμως σε δαίμονες Προμηθέα Καλοῦσιν, αὐτὸν γάρ σε δεῖ Προμηθέως) neque Oceano, 328, neque Oceanidis, neque Mercurio, qui omnes hoc profitentur et inculcant, neque rei ipsi, cum sola illa superba jactatione de pernicie, quae Jovem maneat, in maiora mala temere sese projiciat? Vide quid alibi Aeschylus decere judicet virum sapientem: σιγᾶν ἢ λέγειν τὰ καίρια Th. 619; cf. 410; quod idem habes in ipso Prom. gnif. fr. 174; ἐπαινῶ γλῶσσαν εὔφημον φέρειν, Σιγᾶν θ' ὅπου δεῖ καὶ λέγειν τὰ καίρια, Ch. 582; παλαὶ τὸ σιγᾶν φάρμακον λάβης ἔχω Ag. 548; ἐπίσταμαι λέγειν ὅπου δίκη Σιγᾶν θ' ὁμοίως, E. 278; πρὸ τῶν τοιούτων χρὴ λόγων δάκνειν στό-

μα fr. 285; *θρασυστομεῖν γὰρ οὐ πρέπει τοὺς ἥσσονας*, S. 203; et ipsae precantur Oceaninae: *μηδ' ἀλιτοιμι λόγους*, Pr. 533; cum contra querimonias et minas fundere inutiles (Pr. 33) dicatur esse mulierum imbecillarum et in his vituperetur ab Eteocle Th. 232 sqq. Eum vero qui dicta jactat superba, quae in Prometheo reprehendit Oceanus (*τραχεῖς καὶ τεθηγμένους λόγους* 311; *μηδ' ἄγαν λαβροστόμει*, 327; *γλῶσσαν ὑψήγορον* 318; *ματαίαν* 329) Oceaninae (932, 1037); Mercurius (*αὐθαδίσματα*, 964, 1012, 1034; *ὦ μάταιε* 999), quae ipse Prometheus irrita fuisse profitetur in Typhone (quem Jovis fulmen *ἐξέπληξε τῶν ὑψηγόρων κομπασμάτων*, 360): haec igitur dicta superba damnum manet et pernicies, *σιγῶν ὄλεθρος καὶ μέγα φωνοῦντ' ἐχθραῖς ὀργαῖς ἀμαθύνει* E. 936; cf. 373; P. 828; S. 95; Niob. 144 cett. Neque est quidquam, quod superba hac lucretur jactatione, nihil agit, nisi ut malae satisfaciat libidini, quae eum neque tacere neque pronuntiare dolorem sinit, 106, 197. Producitur Oceanus, senex sapiens, benevolus et quod summum est moderatus — moderatione enim omnes excellunt, quos sapientes cogitat Aeschylus, velut senes Argivi, Ag. 786, 805; Agamemnon Ag. 921; Minerva E. 848, 881; *παντὶ μέσῳ τὸ κράτος θεὸς ὤπασεν* E. 529 — neque tamen ignavus sed ad agendum pro salute Promethei paratus, cui suadet, ut Jovi cedat, cuius contumaciam improbat, 307 — 329; sed frustra, quin eo progreditur Prometheus, ut ne accipiat quidem eius auxilium, id quod a mera repetendum est superbia, ne prudentia sua inanis videatur, 383, 384. Idem agunt Oceaninae, queruntur de eius malis, sed simulac minas erga Jovem effundit, improbant eius superbiam 178, 526, 936, 1037, rogantes ut eam deponat.

Neque his res cedit, neque Mercurio, imo superbe huic adversatur (ὑβρίζει τοὺς ὑβρίζοντας) 970, 973; licet parum ipse offensus sit a Mercurio, sed communi erga deos omnes odio commotus 975. Itaque nunquam necessitati cedit 179, 320, (quod tamen etiam alibi commendat Aeschylus S. 202), sed crescente ira acerbius et acerbius loquitur, et quod initio leviter commemorat, periculum Jovi instans superbius et certius profitetur. Et tamen omnis haec fiducia vana est, de quo Mercurius eum monet: σφοδρύνει γ' ἀσθενεῖ σοφίσματι, 1011. Quid enim revera eventurum sit, initio ipse disertis verbis pronuntiaverat: Ζεὺς τὴν ἀτέραμνον στορέσας ὀργὴν Εἰς ἀρθμὸν ἐμοὶ καὶ φιλότητα Σπευδων σπεύδοντί ποθ' ἥξει, 192. Hoc verissimum, hoc eventurum est. Omnis enim eius ars imbecillior est necessitate, 514; qua adactus nuptias Jovi perniciosas indicabit et propterea liberabitur, 525. Itaque bene scit, Jovem non eversum iri et in Jovis arbitrio suam esse liberationem 165, 258, 375 et quae de eius interitu gloriatur, (756, 760, 764, 908, 926, 940, 959, 981) sunt mendacia (λόγοι σύνθετοι quos νόσημα αἴσχιστον dicit Io, 685), ea quidem mendacia, quibus non magis alios, quam se ipsum fallit. Ita ubicunque Jovi maledicit, a se ipso deficit et se deridendum praebet, praesertim ubi de imprudentibus Jovis consiliis dicit, quibus nuptias sibi paraturus sit fatales, 762: cum tamen ipse satis significaverit, evitaturum esse Jovem haec mala, id quod fieri non potest nisi per summam sapientiam. Ita Jovi violentiam, qua Io tractaverit, objurgatur 736; cum tamen ipse postea divinos commemoret honores, quos virgini ille designaverit λαμπρῶς κοὐδὲν αἰνικτηρίως 833; ubi atrociter addit: εἰ τῶνδε προσσαίνει σέ τι, (patet praeterea e S. 1068 hanc violentiam

ipsam esse benevolam, *βίαν εὐμενῆ*); divinamque medelam, qua eius morbum sanaturus sit *ἐπαφῶν ἀταρβεῖ χειρὶ καὶ θιγὼν μόνον*, 849. Quin commemorat etiam Herculem, qui se liberaturus sit, originem ducturus ab Io, 772, 871; ut tum huic, tum Prometheo ipsi bene prospexisse Jovem appareat in nuptiis, quas cum Io condidit. Idem conspicitur in eo quod justitiam Jovis suspectam reddit, cum dicat: *παρ' ἑαυτῷ τὸ δίκαιον ἔχει* 187. Scilicet hoc verum est, in ipsa natura Jovis insitam esse justitiam, justitiam esse penes Jovem, justum esse quidquid Jupiter agit, ipsosque illos *νόμους ἰδίους, νεοχμούς* esse leges justitiae. Hoc non excogito, sed ipse dixit Apollo in Eumenidibus: *τὸ μὲν δίκαιον τοῦθ' ὅσον σθένει, μαθεῖν. Βουλῇ πιφαύσκω δ' ὑμμ' ἐπισπέσθαι πατρός. Ὅρκος γὰρ· οὔτι Ζηνὸς ἰσχύει πλέον*, 619. Fluctuantem eius animum neque certum et sibi constantem habes etiam in eo, quod mala sua nunc iniqua praedicat 1093, nunc inimico omnia adversus se licere ipse concedit, 1042. Quod Jovi ingratum animum objurgatur 244 sqq., nihil est nisi convicium irati adversarii, cum simulac seditionem movit, non amplius Jovi esset amicus. Quod nunc de natura sua immortali gloriatur 933, 1053; nunc queritur 753, Pr. sol. fr. 179, 23; monuimus sub Jovis nomine. Et licet praesagiverit quae sibi eventura sint 101, tamen duriora accidunt, quam quae exspectavit 240, 265, et si (935) contendit *πάντα προσδόκητά μοι*, tamen in Pr. sol. maximopere fractam videmus eius fortitudinem. Itaque ipse non supersedet spei vanis illusionibus, quas mortalibus assignavit, ut facilius mala perferrent, 250. In his omnibus videmus eius sapientiam conversam in stultitiam, videmus eum, id quod profitentur Oceaninae, *ἀποσφαλέντα φρενῶν πλανᾷ* pravi medici si-

milem, qui sibi ipsi auxilium ferre nequeat 472; quop ipse fatetur se ipsum, qui tot rebus mortales adjuverit, destitutum esse consilio, quo se liberare possit 470, cf. 335: πολλῷ γ' ἀμείνων τοὺς πέλας φρενοῦν ἔφυς ἢ σαυτόν. Itaque verum est quod Mercurius dicit, eum insanire 1034—1057: quae ingens et nobilis insania cum Prometheo pias etiam corripit Oceaninas, ut parum curantes Mercurii admonitum, una cum eo intereant, 1063 seqq. Eandem cogitationem, ultione divina perire cum impiis pium etiam eorum socium, habes Th. 602. Frangitur omnis Promethei atrocitas, in fragmentis Pr. sol. nonnisi lamentantem eum audimus, sed unum sibi servavit invictum, voluntatem. Haec est libertas homini innata quae tam divina est, ut penes eam sit, utrum numini summo se velit subjicere an detrectare obsequium. Quod si detrectat, insanit: licet ei insanire, quia libera est: quamquam per hanc insaniam certam sibi parat perniciem. Haud dubie in Prom. soluto vetustum illud oraculum pronuntiabat Prometheus: sed, ut mihi videtur, non antequam ab Hercule solutus est. Etenim non opus est ut omnia, quae v. 176, 990, 1005 profitetur, nihil se indicaturum esse antequam solutus sit, pro inani habeamus jactatione.

31.

Prometheus solutus.

Quae cum ita sint, contendo, in Prometheo soluto theodiceam ab Aeschylo fuisse exhibitam. Fabulam ita comparatam fuisse existimo. Firmatum est Jovis imperium, ipse jam clementia utitur pro violentia (τὴν ἀτέρα-

μνον στορέσας ὀργὴν v. 190), solvit vincula patris Saturni ac Titanum, eosque pro Tartaro in insulis beatorum habitare jubet. Hes. Opp. 171. Inde proficiscuntur ad Prometheum, fr. 177, 178, 179: quod iter narrantes tragoediam aperiunt. Conqueritur Prometheus, accedit Tellus, monens quia jam instent Jovis nuptiae fatales, ut tempore utatur Prometheus. Siquidem consentaneum est, licet Saturnus reconciliatus sit cum Jove, manere vim exsecrationis Furiis Parcisque mandatae. Talis enim exsecratio, cuius vis reconciliatione statim tolli potest, iners est et ridicula. Itaque Jovi eae nuptiae sunt evitandae, quibus effectum iri exsecrationem Saturnus constituerat, quas Parcae et Furiae custodiunt: his evitatis nihil amplius cum manet, quod ei timendum sit. Cur in Thetide haec omnia versentur, nescimus neque nostra interest. Polliceturjam Prometheus, se indicaturum esse nuptias, modo ut antea liberetur. Hoc promissum Jovi Tellus transfert, Titanes, ut videtur, in carmine chorico ultimum, quod instat, discrimen de summo rerum omnium imperio exhibent. Mittitur Hercules jussu Jovis (ab oraculo Pythico) cui Prometheus narrat, quae perfecerit et perpessus sit (fr. 180); cui iter ad Hesperides designat, cui divinos etiam, ut videtur, vaticinatur honores. Vinculis solutis et aquila interfecta (fr. 379) Hercules proficiscitur. Accedit Mercurius ἀγοραῖος, conciliat cum diis Promethei animum adhuc ferocem (fr. 187), audit vaticinationem, imponit ei coronam vimineam, δεσμῶν ἄριστον (Sphing. fr. 214. Welck. Tril. p. 50, n. 75) et pro honore et ne poenae obliviscatur. In his orationibus omnia, quae dubiam reddere possint Jovis justitiam, refelluntur. In fine nuptias Pelei cum Thetide indicatas esse consentaneum est.

Peleus enim, Aeaci filius, Jovis nepos, pater Achillis, deae, quam Jupiter amavit, maritus, optime vices agit divini illius novi generis heroum, quod Jupiter progenuit. Hercules enim est dei filius eumque manent divini honores, Peleus est homo, manet homo. Ne objicias, si solutus demum Prometheus profiteatur oraculum, antea constitutas esse non posse nuptias illas. Patet enim, Jovem, admonitum a Tellure, ut cum Prometheo pacem faceret, non potuisse non suspicari, has ipsas, quas cum Thetide parabat, nuptias esse fatales. Neque tamen tam levis est Jovis amor, ut sine ratione idonea eum missum facere possit.

32.

Prometheus ignifer.

Scio rationem, qua haec composui, esse incertam, certum vero est, cogitationes, quae in iis insunt, quocunque velis modo, in Prometheo soluto fuisse significatas; certius etiam est, in Prometheo vincto inesse omnes eas, quas demonstravi. Tamen negari non potest, mire egisse Aeschylum, si his omnibus nihil praemisisset, quod verum iis qui spectabant sensum aperiret. Ironia, qua Prometheum tractari demonstravi, cum demonstrata est, est aperta: sed assiduo tragoediae studio opus erat, ut eliceretur, neque ullus interpres eam sine dubitatione agnovit. Quamquam ne mihi ipsi nimium confidere videar, testem huius ironiae vobis afferam criticum illum antiquorum poetarum longe optimum, Aristophanem. Hunc, ubi in Avibus Prometheum inducit, ad Aeschylum alludere, apertum est: nemo enim Promethei odio erga deos, in quo omnia versantur in

loco Aristophanis (1547 sqq. *Πρ. μισῶ δ' ἅπαντας τοὺς θεοὺς ὡς οἶσθα σύ. Πεισθ. νὴ τὸν Δί' ἀεὶ δῆτα θεομισὴς ἔφυς. Πρ. Τίμων καθαρός.*) tantum tribuit, quantum Aeschylus. Vide autem, quantopere fractus sit Prometheus Aristophanis, quanto pavore Jovem timeat. Quod inepte instituisset poeta summus, nisi etiam Aeschylum minime pro genio quodam qui nihil esset nisi divinus, habere Prometheum perspexisset: imo tum incredibilem illam divinitatis abundantiam ludendam judicasset. Praeterea e multis Aeschyli locis satis patet, miserum et imbecillum esse genus humanum, licet a Prometheo recreatum Pr. 84, 547; Th. 769; Ag. 222, 554, 1327; Niob. fr. 144; r. 288 cett.

At si Aristophanes, perlegens tragoediam, bene perspexit Aeschyli mentem, quomodo idem a spectatoribus exspectari poterat? Noverant quidem hi rationem fabulae, sed ne id quidem videtur suffecisse, ut omnia satis percipere possent quae Aeschylus significat. Sunt alia etiam, quae per se vix intelligimus, in hac tragoedia. Quid tandem est, quod innuat Prometheus, cum se ab Oceano in furto adjutum dicit? (v. 331). Neque in Oceani natura, neque in fabulis Hesiodeis quidquam inest, quo hoc explicetur. Licet quidem poetae paucis verbis innuere fabulam satis notam, sed haec non est satis nota, neque credibile est, omnia interisse, quibus explicaretur. Praeterea in Pr. sol. ad Caucasum religatus est Prometheus. In vincto nihil est, quod impediat, quin idem statuamus, imo e ratione itineris Ius alio loco demonstrabo, necessario, nisi omnia perturbas, ad Caucasum relegandum esse Prometheum. Cur tandem nusquam diserte Caucasum nominat poeta, sed loquitur potius, quasi notum esset,

rem versari in Caucaso? Ne multa, quia trilogiam composuit, quia in Prometheo ignifero dixit, quae ad perspiciendam Promethei vincti rationem erant necessaria, quia in hac tragoedia partes egit Oceanus, reconcilians, ut videtur, Prometheum cum Vulcano, quem de ignis furto iratum fuisse consentaneum est, quia denique e loco Hygini astron. II, 15, cum Schol. Pr. vinct. 94 comparato redditur verisimillimum, in prima jam tragoedia ad Caucasum relegari Prometheum. Hermannum enim qui summus exstitit continuitatis rerum in trilogiis exhibitarum impugnator, quae contra hanc protulit argumenta, ne ipsum quidem magno studio defensurum esse existimo, cum quam dubia et incerta sint ipse profiteatur (de Aesch. Pr. sol. p. 13). Quidquid faciat, demonstrari potest, in rebus poetae, qualis Aeschylus est, eas nihil valere. Nolit vero Hermannus ad eos nostram relegare disputationem, qui abstrusae cuiusdam sapientiae aenigmata reperire velint in Aeschylo (ib. p. 5); ea enim profecto non abstrusa est sapientia, si quis intelligit, eam esse indolem mentis humanae, ut semper contra divinam legem superbia efferatur semperque poenas huius criminis in vinculis luat artioribus: ita enim omnes sentiebant, in quorum moribus Aeschyli aliqua inest similitudo, Pindarus, Sophocles, Herodotus. Neque »saevientem« Jovem fecit Aeschylus, neque si quid in Prometheo docuit, docuit summum »constantiae, fortitudinis, animi magnitudinis exemplum« nisi in quo ipso vitium, quo omne laborat genus humanum, inesse ostendit: id quod jam satis demonstravisse mihi videor.

Cum vero symbolicum sensum fabulae etiam ab Aeschylo subditum esse constet, cum inde appareat, non sa-

loco Aristophanis (1547 sqq. Πρ. μισῶ δ' [illegible] ymbo-
θεοὺς ὡς οἶσθα σύ. Πεισθ. νὴ τὸν Δί' [illegible] minime
σῆς ἔφυς. Πρ. Τίμων καθαρός.) tantum t[illegible] impediat,
Aeschylus. Vide autem, quantopere fr[illegible] ab his do-
theus Aristophanis, quanto pavore Jov[illegible] sensus verus
inepte instituisset poeta summus, ni[illegible] ornare, sibique
minime pro genio quodam qui nih[illegible] erae: cum id so-
habere Prometheum perspexisset: [illegible] verum sentiatur a
illam divinitatis abundantiam lude[illegible] perscrutatum esse Ae-
terea e multis Aeschyli locis sat[illegible] quid in sacris Graecis
becillum esse genus humanum, [illegible] probavisse interpreta-
Pr. 84, 547; Th. 769; Ag. 22[illegible] sacerdotes Lemnii. In tragoe-
r. 288 cett.

At si Aristophanes, p[illegible] tantum ea recepit, quatenus
spexit Aeschyli mentem, [illegible] poeseos, atque id profecto con-
exspectari poterat? Nov[illegible] licet profectum fuerit e mystica
sed ne id quidem vid[illegible] incredibili vi poeseos Aeschyli per-
cipere possent quae A[illegible] decorum, vivum, divinum.
quae per se vix ir
tandem est, quod
no in furto adj
natura, neque i
hoc explicetur.
fabulam satis
credibile est,
terea in Pr.
In vincto
mus, imo
necessario
esse Pro
nominal

II. Orestea.

33.

In Orestea trilogia clarissimum exstat exemplum, quamnam rationem inter deos et homines intercedere cogitaverit Aeschylus. Agunt dii in ipsis rebus, quae ab hominibus geruntur, ita tamen, ut non desit homini libera voluntas. In domum Pelopidarum, jussae ab ipsis diis Olympiis, irruperunt Furiae, potestatem de ea exercent; jam scelus a scelere excipitur, neque ullus huius cladis etiam atque etiam crescentis conspicitur terminus, antequam diserto Olympiorum jussu facinus aliquod perficitur, de quo acerbissima suo jure Furiis sumenda est vindicta. Itaque lis oritur inter jus Furiarum et jus Olympiorum, quod enuntiat et efficiendam curat Apollo. Quae lis necessario aeterna esset et infinita, nisi summum jus et summa de rebus omnibus auctoritas esset penes Jovem: id quod per totam trilogiam gravissimis tum dictis tum descriptionibus exhibetur. Jupiter ipse est summus Olympiorum: itaque eius auctoritate victoriam reportat Apollo, superatis Furiis, attamen non contemtis, sed ipsarum mente mutata in eam benevolentiam, quae est Olympiorum. Quae

omnia dirimuntur regia Jovis sapientia, quae est Minervae. Vide haec per totius trilogiae tragoedias justo et certo ordine descripta. In Agamemnone Furiarum exhibetur potentia, aucta quovis scelere, ad quod committendum ipsae exhortantur; in Choephoris praevalet auctoritas Apollinis, qui Orestem mittit eique designat quae perficienda sint; in Eumenidibus Furiae et Apollo, qui antea idem egerunt, naturis quidem diversissimis, discedunt in contentionem, quam Minervae justitia dirimit.

34.

Agamemnon.

Incipit tragoedia prima a precibus custodis, quibus superos invocat, ut malis quibus et ipse et regia domus vexetur, finem constituant (v. 1, cf. 18, 20). Deinde in primo chori cantico commemorantur ipsi illi dii, qui in tota fabula agunt, Jupiter, Apollo, Furiae, et hic quidem concordes: a Jove et Apolline immittuntur Furiae hominibus (59). Irruperunt Furiae in domum Pelopidarum per scelus Thyestis, illam πρωταρχον ἄτην, neque jam possunt ejici (1186 — 1192). Sed non haec solum domus iis est obnoxia, sed quisquis in hac tragoedia partes agit insignes. Et primum quidem Furias a Jove hospitali, cuius ira nullis lacrimis, nullo sacrificio placatur (70), missas videmus in Paridem (62,749). Quae dii agunt, agunt per homines. Suscipit vindictae munus Agamemnon, sua sponte, non Jove jubente sed Menelai precibus et desiderio excitatus (414, 429): atque cum ille expeditionem susceperit, ipse Jupiter eum exhortatur (105, 111)

misso aquilarum portento. Quo ipso novum illud scelus designatur, a quo non liberum se conservaturus est Agamemnon, praevident enim superi, eam esse eius mentem, ut aras templaque Troiana cum ipsa urbe devastaturus sit, impietate non minore, quam ea, qua leporem gravidum Dianae sacrum lacerant aquilae, quibus ipse cum Menelao significatur. Diana, dea ultrix, vindictam sumit tam in rebus humanis, quam in rebus bestiarum: sua voluntate (131 sqq) expeditionem impedit, ventos mittit adversos, qui Aulide classem cohibent. Quae voluntas divina ut superetur, ut mutetur, jus divinum oraculis pronuntiatum jubet Atridas filiam Agamemnonis deae immolare (198—217). Ut Jovis voluntas rata fiat, Agamemnonis expeditione non opus est, cum in Jovis potestate innumerabiles sint rationes, quibus eam efficiat, itaque si Agamemnon neque filiae parcit neque toti populo Troiano totique Graeco, et stolide (800—804, cf. 471) agit et maxima impietate. A Furiis concitatus vel talibus animi sensibus, qui procreantur a Furiis (*βροτοὺς θρασύνει γὰρ αἰσχρόμητις τάλαινα παρακοπά* 223, cf. E. 329), correptus scelus decernit (*φρενὸς πνέων δυσσεβῆ τροπαίαν, ἄναγνον, ἀνίερον, τὸ παντότολμον φρονεῖν μετέγνω*, 220, cf. 1419) filiam non sine crudelitate (228, 231) mactat, exsecratione quidem eius oppressa (237), sed tamen Furias in se ipsum provocans (1432) justaeque opportunum se reddens vindictae (1396, 1406, 1521, 1527).

Perficit jam Agamemnon Jovis hospitalis voluntatem (327, 355, 362, 525) justaque Troianos affligit ultione (533, 812). Sed Justitia, quae Troianos punivit, sese convertit in ipsum (Ch. 935—938), qui in ipsa ultione magis etiam Furiis redditur subjectus. In eos enim, qui

multos interfecerunt, dii animadvertunt (460), quis vero maioris auctor est stragis, quam Atridae? Qui neque Graecis neque Trojanis pepercerunt, ut unam sibi recuperarent mulierem (225, 440; cf. Herod. I, 4 med.; A. Th. 1050): qua de causa praeclarorum plurimi Graecorum heroum sunt occisi (433 — 448) totaque Trojanorum gens ad internecionem deleta (528), quin deorum etiam templa polluta et vastata (527, cf. 339). Propterea tum apud Graecos invidiam subeunt Atridae, (450): metuuntque Argivi, ne domus, quae non integram in victoria sibi paranda servavit justitiam (464), a Furiis et Jove puniatur (463, 470); tum revertentes Graecos dii ulciscuntur immissis procellis (347, 645, 649), e quibus tamen Agamemnonem deus aliquis navem gubernans servat (663).

Ita ipse progreditur Agamemnon, summum gloriae fastigium adeptus (531, 907, 1337) sed in hoc ipso minime securus. Est enim sibi conscius, quod domus sua non integra floruit probitate (776), quae sola ab omni calamitate homines tuetur (761), imo alterum in ea scelus ab altero progenitum est (758, 763; cf. 154), neque ullum facinus perpetratum, quod ab omni vitio liberum esset. Propterea senes illi sapientes, regis amantissimi (806), auris fatigantur (103, 132, 478, 975), quas ne nuntius quidem de victoria, quem praeco laetus (567, 572, 573) affert, huiusque exhortationes omnino tollunt (786, 805, 988, 994 — 1000, 1030). Ipse Agamemnon deorum obedientissimus est et religiosissimus, ubique eorum opem invocat (810, 813, 821, 829, 844, 852, 922, 925, 928, 946, 952), ubique eos implorat, ut fortunam, quam sibi concesserint, conservent (846, 854, 929), quam religionem jure quidem repe-

limus a solita eius pietate, tamen non sola, sed simul à timore, ne fragilis haec felicitas evertatur. Vestes purpureas, quas sternit Clytaemnestra, neque libere calcare audet (921, 924, 938, 948) neque preces eius aspernari sustinet (944), ingreditur denique in iis, sed nudis pedibus (945).

Quaequae immolata filia peccavit, morte luit Agamemnon, neque in ulla amplius culpa est (magis etiam per hanc quam subit ultionem ἐλεύθερος φόνου, quam posteà Clytaemnestra, E. 603). Itaque nihil in animis Argivorum pariter ac deorum quidquam valet in his rebus, nisi amor in regem qui a Jove ipso honorem repetit (43; E. 626), nisi luctus de turpi eius nece (1493, 1538), de sepulcro eius parum honesto (1411, 1430, 1616, 1646). Itaque criminis gravissimi culpam contraxit Clytaemnestra, quae, licet et ipsa deos colat (328, 913, 961), quin eos imploret, ut se adjuvent in nece Agamemnonis (973), tamen sanctissimas eorum leges violat (1645). Optat quidem domui pacem (1574), abhorret quidem ipsa à nova caede (1654); sed neque hoc desiderium neque mitior eius voluntas potest non esse inanis. Imo ut vinculis Furiarum implicitus jacet Agamemnon (1580), ita totius domus dominationem exercet genius Alastor (1468, 1475, 1481) qui in omnibus facinoribus aderat, juvabat, neque, cum nemo integrum servaverit animum (1505), ejici potest (1566). Idem, quod genius ille, agunt Furiae, itaque in libera harum potentia domum relinquimus. Et ipse Apollo, deus sanctus et a Furiis abhorrens, qui Graecis ad Troiam inimicus post reditum redditur amicus (σωτὴρ καταγώνιος, 509—513), in hac tragoedia nonnisi vindicis, nonnisi perdendi munere fungitur (ἀπόλλων 1081). Ineunte fabula

eum Furias Troianis immittentem vidimus: idem puellam, quae maiestatem suam fraude minuerat (1208, 1211), ducit ad perniciem, ducit in domum diis invisam, malis, caedibus, exitio projectam (1090), ipsique mortem designat (1257, 1269). Ipse vero Apollo, vindex magnus, non potest non ulcisci foedum Clytaemnestrae facinus, ipse ultorem Orestem est missurus (1279, 1284, 1646). Omnium igitur numinum, quae in fabula agere videmus, voluntas jubet ultionem, quae tam certo manet sceleratam, quam Jovis auctoritati confidendum est, 1563.

Et quanta haec sit auctoritas, facile conspicitur ex ea ratione, qua in tota fabula Jupiter agit. Quaequae inter se certent, Jupiter, ipse fortissimorum adversariorum victor, suo omnia dirimit arbitrio, cum Jove nihil comparari potest (160—183). Itaque Jove auctore facta sunt, quaequae in domo Tantalidarum evenerunt, *διαὶ Διὸς παναιτίου πανεργέτα· Τί γὰρ βροτοῖς ἄνευ Διὸς τελεῖται; Τί τῶνδ' οὐ θεόκραντόν ἐστιν*; (1485). Jupiter animadvertit in crimina Troianorum (62, 355, 362, 367, 704, 748), in culpam, quam Atridae contraxerunt, cum Helenae causam nimia cupiditate egerint (462, 468—470). Et tamen justam in eadem causa iis assignat victoriam (582), servat genus Atridarum (677, 970), gubernat facinus Clytaemnestrae (973), eidemque decernit vindictam (1563). Hanc igitur scimus instare. Ab eadem vero summa Jovis auctoritate possumus sperare, e caedibus et malis denique eventuram esse salutem. Jupiter enim per dolorem solet docere (177) eosque, qui sibi confidunt, curis levare (165). Quod idem egit in fato Iphigeniae (244): quod idem eum in universi generis fato effecturum esse sperandum est, licet, qua via usurus sit, homines ignorent (cf. S. 92),

licet nulla fere spes laeta prae ingenti illa malorum turba, quae domum opprimit, nunc oriri possit.

35.

Choephoroe.

Domus Pelopidarum et luctu (51, 339, 407, 466, 566) et Aegisthi et Clytaemnestrae tyrannide premitur (Ag. 1639, Ch. 137 cett.). Penes superos vero est potentia eius elevandae et restituendae (204, 212, 262, 415, 962, 963), fletus mutandi in sonos laetos (340) majorumque avertendorum (775, 780, 782). Propterea Apollo, servator et vindex, mittit Orestem, ipsum et σωτῆρα et μόρον (1073), eumque diserto jusso, minis additis, jubet occidere matrem (κελεύων, 270, 300, 900, 1030). Itaque Orestes Apollini inservit, causam agens deorum, quorum maiestatem polluit Clytaemnestra [290] (μίασμα θεῶν, Ag. 1645; πατροκτόνον μίασμα καὶ θεῶν στύγος Ch. 1028; τὸ πᾶν Διὸς σέβας παρεκβάντες οὐ θεμίστως, 645, 635—638, 902), et pollicetur Apollo eum peracto facinore liberum fore a crimine et poena (1031; E. 799). Adjuvatur Orestes a Jove (19, 395, 878), cuius leges enuntiat et ratas facit Apollo, a Jove cum Robore et Justitia (245), a Parcis Jovi obtemperantibus (306, 382). Ipse Apollo ipsam rationem docet Orestem, qua res peragenda sit, fraudem, ut fraude Agamemnonem illi interemerint (556—559), ipse cum Mer-

290) Ne templa publica ingrederetur adultera, Athenis lege cautum erat, Demosth. Neaer. p. 1374.

curio perfico in ipso facinore eum adjuvat (808—814, 953—957), postea etiam eum tuetur (1063) et a piaculo lustrat (906, 1038, 1060). Neque amplius novam caedem haec caedes est progenitura (805, 826), lux affulget (961, 972), integritate enim divinum favorem homines adipiscuntur (958). Atque cum antea nemo Pelopidarum liberum se tenuerit ab injustitia, ab impietate, justissime nunc punitur Clytaemnestra (evenit δίκη ἐξ ἀδικῶν, 398), cui directo adversatur Justitia (61, 244, 308, 311, 361, 461, 641, 646, 949, 988, 1027), eius caedem pro conjugis caede flagitans (312, 400, 930), quam eandem poscunt Furiae (402, 475, 577, 651), Justitiae superisque inservientes (cf. 462), ut ne pepercissent quidem Oresti ultionem negligenti, sed foedissima persecutione eum ursissent, jussu Apollinis (283, 925). In quibus omnibus agentem clare cernimus Apollinem deum vindicem et servatorem.

Quam egregie deorum, quos coluit, naturam perspexerit Aeschylus, patet ex invocato in hac tragoedia Mercurio. In tota trilogia exhibetur tristis deorum inferorum dominatio conversa in salutem deorum Olympiorum victoria confirmatam. Summum huius conversionis momentum exponitur in Choephoris, ipso Orestis facinore, profecto ex artibus Furiarum, salus paratur. Vides, quam apte hic Mercurius invocetur, cuius munus est conjunctio eorum, quae sibi contraria sunt. Sicut Mercurius deus inferus ex inferorum caligine salutem evocat, eamque evocans ipse egreditur,, ipse vertit in deum superum, deum Olympium, ita ipsa generis salus prodit ex aerumnarum et scelerum caligine, ipso cruento facinore, quod jubent inferi pariter ac superi, conditur; firmatur denique per Orestis victoriam in certamine cum Aegistho, quod certa-

men praeparatum fraude, auctore Mercurio infero, ipsum a Mercurio nocturno gubernatur (726). Itaque Mercurius invocatus jam a praecone reverso, ut domui adsit (Ag. 515), liberis Agamemnonis assignat πρᾶξιν οὐρίαν Ch. 814, qua etiam in Eumenidibus utitur Orestes, quem supplicem et exulem, morem gerens Apollini, Athenas ducit et comitatur Mercurius superus (E. 90).

Vidimus in eo omnes consentire deos, superos et inferos, vindictam sumendam esse de Clytaemnestra: et quia ipsa naturae lege jura patris transeunt ad liberos (505), neminem hoc jubere possunt, nisi Orestem, et Jupiter ipse ubi in hac tragoedia commemoratur, stat a partibus Orestis: summa, quae sibi est, potentia fortem fortunam ita dirigit, ut justa perficiatur vindicta (785, cf. 245, 306), invocatus in ipso discrimine (855), pater Justitiae, quae cum Apolline (953) Orestem in caede matris adjuvat (949); ipse omnia ita disponens, ut e malis Pelopidarum prosper prodeat eventus (795). Atqui naturae vinculis etiam cum matre filius conjungitur (παθοῦσα δ' οὕτω δεινὰ πρὸς τῶν φιλτάτων E. 100; ζωνῆς σ' ἔθρεψεν ἐντός, E. 607), et hac omnium, quae in toto genere acciderunt, justissima caede nulla est magis horribilis. Itaque simulac matrem occidit Orestes, simulac nece crimen luit Clytaemnestra, ut jam libera sit a culpa caedis (603). Furiae in eum irruunt (912, 924, 1054), qui delirus Delphos fugit et tutelam ab Apolline sibi promissam implorat (1035—1039). Haec igitur quaestio remanet, utrum deorum Olympiorum voluntas, an jus Furiarum, quae necessitudinem inter matrem et filium intercedentem observant, sit superius. Supra Jovem vero esse neminem, tum in Agamemnone, tum in Choephoris satis indicatum est, ita-

que ut in Agamemnonis exitu dubium esse non poterat, quin ultio maneat Clytaemnestram, ita nunc de Orestis salute dubitari non potest, cum optimus servator et lustrator sit Apollo. Haec igitur tragoedia tam laeta spe finitur, quam tristis erat finis Agamemnonis: id quod utrumque concinit cum numinibus deorum, qui in utraque fabula praevalent. Tamen maximopere intenti tenentur animi, quaerentes, quanam denique via Orestem dii servaturi domumque contra omnem Furiarum impetum in posterum tuituri sint (*ποῖ δῆτα κρανεῖ, ποῖ καταλήξει μετακοιμισθὲν μένος ἄτης*, 1075). Hominibus igitur in hac re nihil amplius agendum est, litigaturus est Apollo cum Furiis, a qua lite diremta pendet etiam Pelopidarum salus aut pernicies.

36.

Eumenides.

Ineunte statim tragoedia ultima significatur ratio numinum, quibus partes sunt agendae. A Tellure tenebricosa et a Titanibus oraculum transit ad deos Olympios, Themis, quae ipsa jus divinum in sese continet, sponte ac libenter Phoebae cedit, quae Phoebo sacra illa tradit pro dono natalicio. Phoebus Loxias Jovis leges enuntiat (17), Jovis, qui numinum omnium supremus est (28), Jupiter ipse constituit, maiorem patri quam matri honorem esse tribuendum (640, 750), a Jove repetitur potestas Mercurii, qui Orestem comitatur et tuetur (93), Jupiter sanxit matrimonium (214, 218), quod maculavit Clytaemnestra (Ag. 1626; Ch. 917), apud Jovem, id quod ipsae profitentur Furiae, summus honor est Apollinis (229); Jovis

jussu constituta est supplicum sanctitas quam reveretur Apollo (232); a Jove ipsum Furiarum munus derivatur (365, 392); Jovis auctoritatem venerantur Furiae, Apollinis tantum testimonio fidem denegantes (622, 640); Jovis justitia summum valet, ei omnia obtemperant, ne jusjurandum quidem judicum eius voluntate est superius (619-621), sicut liberum omnium elevandorum et deprimendorum arbitrium est penes Jovem (650), Jupiter ipse per Apollinem jussit Orestem occidere matrem sceleratam (618, 713, 797), Jovis consilia falli non possunt (717), Jupiter cum Minerva et Apolline servat Orestem (760), Jupiter satis valet, ut etiam violentia Furias coercere possit (826), a Jove omnia repetuntur, quibus ipsa excellit Minerva (850, 973).

Si omne jus supremum omnisque justitia penes Jovem est, nihil requiritur, nisi ut huius voluntas enuntietur, cui non obtemperare neque mortali cuiquam licet, neque immortali. Justitia vero etiam in eo cernitur, quod adversariorum jura agnoscimus, spectamus, investigamus. Furiae, quae ipsi Justitiae inserviunt (312, 538, 553), immissae sunt in domum Pelopidarum a superis ipsis (208-210, 392), ibique longaevam exercuerunt dominationem. *Ultimum*, quod domus illa contraxit, piaculum est gravissimum, et hoc ipsum tum jussit (202) tum lustravit Apollo (204, 280, 283, 445, 451), supplicemque fraude eripit (149, 153) e potentia Furiarum, quas ipsa contra filium provocavit Clytaemnestra. Propterea Furiae contendunt, transgressum esse Apollinem leges justitiae (154, 163), minuisse eum suam ipsius maiestatem (170), Orestisque victoria omnem eversum iri justitiam (516). Itaque ostendendum est Apollini, justum esse quod egerit, eoque

demonstrandum, revera Jovem hoc jussisse, idque agendum est judice Minerva, quae regia omni sapientia Jovis ornata est (81, 224, 260), cuius sententiae tum Orestes (243, 468) tum Furiae (435) se subjiciunt. Patroni munere fungitur Apollo, deus illustris et lustrator (62), ideoque Furiarum, quae nullam admittunt lustrationem, summus adversarius. Nititur hic jusso Jovis, quod nullo modo injustum esse possit (614—621), ostendit, quomodo hoc cum Jovis natura et legibus concinat, quia sanctiore jure vir utatur, quam mulier (625—639). Tantum ipsae Furiae Jovis auctoritati tribuunt, ut nihil agant, nisi quod contendunt, minorem tribui a Jove patri, quam matri, honorem (640—642). Cum etiam hoc refellerit Apollo, Minerva, Jovis filia patris amantissima (738), sententiam fert in favorem Orestis, qui ipse dicitur patris amantissimus (Ch. 1050).

Absolvitur Orestes per liberam deorum Olympiorum voluntatem, quippe quibus obtemperaverit et inserviverit: itaque bene vertunt fata Pelopidarum. Furiae vero, quibus haec domus erat subjecta, non sponte cesserunt sed vi ejectae sunt, justa quidem vi, quia summum jus est penes Olympios. Iidem vero Olympii Jove auctore Furiis confirmaverunt honorem, quem Parca nascentibus assignavit (335, 345, 392), et quicunque honor a Jove constitutus est, inanis esse non potest (395). Et tamen laesa est eorum sors antiqua (173), minuti sunt honores (324), hostia (304) quae jure iis sacrata erat (κύριον ἅγισμα) iis erepta est: idque confirmatum auctoritate judicii (780, 839). Restituendus est honor ille minutus, restituitur per ipsam regiam Jovis sapientiam, quae eum minuit, per Minervam. Minerva Furiis sibi pariter et

omnibus superis invisas (73, 350, 386, 411) summa aequitate recepit (414, 476, 848, 881), nihil venerationis iis detrectat: id vero agendum est, ut earum natura, quae Olympiorum menti adversatur, permutetur in eam, quae Olympiorum est, benevolentiam. Missum faciens Jovis fulmen, per quod vi eas superare posset, Furias, quae antea nonnisi malorum et exsecrationis causam egerunt, Minerva permutat in benevolas, ut linguis faveant (922), ut pro atris vestibus (352, 376; Ch. 1045) nunc indutis purpureis honorentur[291] (1028): et ita mala omnia a terra Attica, cuius regina est, partim propulsat, partim vertit in prospera. Ne per hanc de Furiis reportatam victoriam male sé habeant leges justitiae, id quod illae minatae sunt (490—528), dea instituit Areopagum.

---

291) Cf. not. 61.

ἀσεβεῖ διανοίᾳ, 831). Etenim ex longo inde tempore ipsi mus eorum Furiis est obnoxia. Ter Apollo Laium monuerat, ne liberos gigneret, solaque hac lege integram urbi mansuram esse salutem praedixerat (749). Laius jusso parum obtemperans Oedipum genuit (750), qui patrem interfecit, matrem in matrimonium duxit (751—930), filios genuit sanguinolentos (755), quibus honorem paterum impie minuentibus (786) exsecratus est, gladio iis regnum esse partiendum, 788, 884, 892 cett. Quas minas Furia ratas facit 645, 709, 720, 791, 819, 832, 887, 976, 1055; auctore Apolline 801, 812; qui oraculi quod pronuntiavit curam gerit 842, cui deo sancto et puro domus illa, in qua nemo a piaculis integrum se conservat, non potest non esse invisa, 691.

Itaque justissime res omnes a diis videmus compositas, vindictam tum de hostibus tum de Labdacidis sumtam, urbem servatam (795). Sed urbi etiam perniciem vaticinatus est Apollo, urbium enim sors pendet a facinoribus regum. Et nunc quidem incolumes evaserunt cives, cura vero illa, ne cum regibus haec quoque intereat (764), manet in animis mulierum Thebanarum, quia quae oraculo praedicuntur nunquam irrita manent (μέριμνα δ' ἀμφὶ πόλιν· θέσφατ' οὐκ ἀμβλύνεται 844). At urbi piae quomodo justam justi dii perniciem possunt infligere? Quia ea est indoles humana, ut nunquam se integram conservet. Quamvis clarissimum nuperrime dii dederint exemplum, quomodo impietatem ulciscerentur, ne ipsi quidem Thebani victores aversantur impietatem: mortuo Polynici sepulcri honorem denegant, quamvis ipsae eorum mulieres intellexerunt, morte communi mistoque cruore fratrum inimicitiam esse finitam (938), quamvis Polynicis causam jam

tragoediae duas esse partes: in priore (1—630) agitur de hostium impetu et de patriis Thebarum diis, qui ut eum propulsent invocantur, in posteriore de fatis et conditione domus Labdacidarum, in quibus Apollo et Furiae auctoritatem exercere percipiuntur. Vide enim, si priorem partem pervolvimus, statim initio invocatum Jovem averruncum v. 8; deos indigenas Terramque matrem 14, 16, 21, 23, 35, 69, 77, 86, 97; Martem proavum 105, Minervam Oncam, Neptunum, Martem, Venerem proaviam, Apollinem, Dianam, Junonem 128—165, e quibus patriorum Thebanorum deorum consilium est compositum (220, 251) imploratos, ut opitulentur (πυργοφύλακες 168, λυτήριοι 175), neve, qui est mos deorum ubi urbs ab hostibus expugnatur, abeant et Thebas deserant (216, 304). Et licet dubitet Eteocles, an Thebarum curam sint gesturi (217), cum magnum aliquod valere apud superos exsecrationem Oedipi (70) seseque et domum suam diis invisam esse sciat (702): iidem postea etiam invocantur et adorantur, et ipse Eteocles a Marte et Justitia (414), a Diana antistite cum diis reliquis (450), a Minerva Onca (501), ab Apolline Loxia, quem perniciem hostibus praedixisse novit (618) et prae omnibus a Jove exspectat, ut superbas et impias (427, 442, 469, 483, 531, 551) eorum minas vi et fulminibus coerceant (445, 453, 485, 520, 614, 630). Hasque preces superi exaudiunt, Jupiter superbia hostium dejecta (794) cum diis indigenis Cadmi arcem servat incolumem 823—826, 1074.

Cum vero in hac ipsa ope, quam Thebis tulerunt, eam exercuerint superi legem, quam ipsi dederunt, vindictam de quavis impietate esse sumendam: eadem hac lege jussam videmus Labdacidarum perniciem (ὤλοντ'

ἀσεβεῖ διανοίᾳ, 831). Etenim ex longo inde tempore domus eorum Furiis est obnoxia. Ter Apollo Laium monuerat, ne liberos gigneret, solaque hac lege integram urbi mansuram esse salutem praedixerat (749). Laius jusso parum obtemperans Oedipum genuit (750), qui patrem interfecit, matrem in matrimonium duxit (751—930), filios genuit sanguinolentos (755), quibus honorem paternum impie minuentibus (786) exsecratus est, gladio iis regnum esse partiendum, 788, 884, 892 cett. Quas minas Furia ratas facit 645, 709, 720, 791, 819, 832, 887, 976, 1055; auctore Apolline 801, 812; qui oraculi quod pronuntiavit curam gerit 842, cui deo sancto et puro domus illa, in qua nemo a piaculis integrum se conservat, non potest non esse invisa, 691.

Itaque justissime res omnes a diis videmus compositas, vindictam tum de hostibus tum de Labdacidis sumtam, urbem servatam (795). Sed urbi etiam perniciem vaticinatus est Apollo, urbium enim sors pendet a facinoribus regum. Et nunc quidem incolumes evaserunt cives, cura vero illa, ne cum regibus haec quoque intereat (764), manet in animis mulierum Thebanarum, quia quae oraculo praedicuntur nunquam irrita manent (μέριμνα δ' ἀμφὶ πόλιν θέσφατ' οὐκ ἀμβλύνεται 844). At urbi piae quomodo justam justi dii perniciem possunt infligere? Quia ea est indoles humana, ut nunquam se integram conservet. Quamvis clarissimum nuperrime dii dederint exemplum, quomodo impietatem ulciscerentur, ne ipsi quidem Thebani victores aversantur impietatem: mortuo Polynici sepulcri honorem denegant, quamvis ipsae eorum mulieres intellexerunt, morte communi mistoque cruore fratrum inimicitiam esse finitam (938), quamvis Polynicis causam jam

ad deorum jus referendam esse moneat Antigona (1047). Vides quam insigne imbecillitatis et stultitiae humanae exemplum in extrema tragoedia statuerit poeta. Quod ipse duobus locis significat: *τραχύς γε μέντοι δῆμος ἐκφυγὼν κακά* 1044, et: *καὶ πόλις ἄλλως ἄλλοτ' ἐπαινεῖ τὰ δίκαια*, 1071. Hac impietate jam ipsi cives Thebani ultionem divinam in sese provocant, Furiae auctoritas non solum per domum Labdacidarum, sed per totam gentem pertinet: exspectamus urbis interitum. Itaque in extrema tragoedia diversas, quibus in fabula superi egerunt, rationes videmus conjunctas ad eundem tendere finem.

Quae cum ita sint, negari non potest, aptum trilogiae exitum praebere videri vel Epigonos, ubi ultio divina evenit, vel Eleusiniòs, ubi corporibus Theseo auctore sepulcro traditis scelus quodammodo expiatur, ut ultio saltem differatur. Comparatis vero tragoediis Euripidis, quem in universo harum fabularum nexu secutum esse Aeschylum admodum probabile est, verum videtur esse, quod statuit Welckerus, ultimum huius trilogiae drama versatum esse in fatis Antigonae et Oedipi morte. Quod si recte arbitramur, putandum est, Aeschylum ita rem instituisse, ut Furiae missa domo Labdacidarum et Oedipo Athenis expiato omnes jam minas contra Thebanos converterint, qui tam mortuos, tum Antigonam, tum miserum senem Oedipum impie tractaverint, fabulam ipsam vero minus in his minis esse versatam, quam in exhibenda extrema vita Oedipi malisque eius pacatis, idque ut videtur, dum Eleusinia adiret mysteria. Tum sicut mediae tragoediae pars posterior pariter ac tragoedia ultima in fatis Labdacidarum versatur, ita pars prior pariter ac tragoedia prima in rebus bellicis, in rebus principum Argivorum. Pro hac enim

prima habendam esse Nemea, certo mihi videtur constare. Utramque fabulae partem in ipsa tragoedia, quae nobis servata est, videmus conciliatam, neque dubium est, quin interioribus cogitationum vinculis tota trilogia pariter ac nostra tragoedia fuerit conjuncta. Ratione admodum simili constitutam fuisse eam trilogiam, cuius medium drama erat Persae, infra demonstrabimus.

38.

Supplices.

Supplices tragoedia media posita erat inter Aegyptios et Danaides. Exhibetur in ea transitus Danaidum ab Aegypto in Graeciam, a moribus barbaris ad mores Graecos, a diis barbaris ad deos Graecos. In tota tragoedia sese avertunt puellae ab Epapho eiusque matre, a Nilo, a reliquis Aegyptiorum numinibus, non quidem ob contentum, sed quia nova inveniunt et divisiora et patria patriae novae. In primo statim cantico chori hunc transitum clare cernimus, quem faciunt sub auspiciis Jovis, qui omnium est auctor, qui hic celebratur Ζεὺς ἀφίκτωρ v. 1. Salutant deos Argivorum indigenas cum urbe, terra, aqua, heroibus, Jove servatore, 24; eorumque opem implorant, 34. Deinde quasi revertentes invocant Io Isidem cum Epapho, deam illam, quae ipsa bene transitui prospicit, cum idem ipsa fecerit iter, regione quidem diversa, 41. Io est dea Aegyptiorum, quam aptissime ineunte tragoedia in memoriam revocat poeta, cum deorum Aegyptiorum auctoritatem in tragoedia Aegyptiis valuisse consentaneum sit. Finito hoc cantico propius jam acce-

dunt ad deos Graecos, invocant Jovem, Apollinem, Neptunum, Mercurium, aptissime quidem hos omnes, cum Apollo ipse exul fuerit (215), Neptunus in navigatione iis propitium se ostenderit, Mercurius peculiari suo munere quemvis transitum gubernet. Precantur hos deos, ut in animis Argivorum, quos appropinquantes cernunt, favorem erga se excitent, 189—223. Eundem ab aliis ad alios deos transitum vide in iis canticis, quae media sunt tragoediae, quorum in priore celebrant Ionem eiusque iter cum Nilo et Epapho 535—589, in posteriore numina Argivorum, a quibus jam sunt in civitatem receptae, Venerem, Martem, Dianam, Apollinem, Jovem fertilitatis providum, Musas, omnes deos indigenas 630—706. Eandem transitionem habes in rixa cum praecone advena, ubi post Nilum invocatum (880) adorant Argivorum Tellurem matrem eiusque filium Jovem, 890. Postquam denique rex deos Graecos barbaris numinibus opposuit (921, 922), diserte in fine fabulae Danaides puellae profitentur, se relictis numinibus Nili totas se dedere diis Argivis, qui circa Erasinum habitent, 1019—1030: invocantur Diana, Venus, Jupiter, 1031 sqq. Solorum jam auctoritas colitur deorum Graecorum, et quin iisdem solis in ultima tragoedia haec tributa sit, nemo dubitabit. A Jove vero omnis tum barbarorum tum Graecorum numinum repetitur potentia, (σὸν δ' ἐπίπαν ζυγὸν ταλάντου 822), quippe qui divinitate ornaverit Io, et Epaphum, qui cum ipso sunt Danaidum dii gentilicii (θεοὶ γενέται 77).

Jovi confidunt Danaides, Jovis voluntatem in omnibus quae eveniunt, ratam fieri sciunt. Et in nulla fabula Aeschyli Jovis potentia et voluntas conciliatrix et salutaris tantopere celebratur, quam in nostra. Causa haec

est, quod quaecunque sibi contraria existunt, conciliata sunt in Jovis natura et voluntate. Jam tota haec quae Danaidum fata exhibet trilogia ita comparata est, ut si missum facimus illum a barbaris ad Graecos transitum, etiam ex ipsis diis Graecis fata illa moderentur duo numina sibi maxime contraria, quae tamen iis quae agunt unius Jovis voluntatem efficiunt, Minerva et Venus. Minerva Danaum eiusque filias adjuvat contra Aegyptiorum impetum, victis exulibus fugam designat easque Lindi sibi templum condere jubet. Huius igitur auctoritate sancitum est odium Danaidum adversus Aegyptios; et ab eadem hac dea cum Mercurio eas post caedem maritorum lustratas esse narrat Apollodorus, quod utrum ab Aeschylo dictum sit necne non dijudicabo, neque nostra interest cum id satis constet, bene hoc concinere cum cogitationibus Aeschyli. Novimus enim ex Orestea, id facinus jure lustrari, quo perfectum sit aliquid, quod jusserit Jupiter. Jovis voluntatem cognoscimus e Prom. 853—869. Demonstravi id agere Jovem ut filiis gignendis divinum procreet genus mortalium (§. 15). Cum vero Jupiter sit deus Graecus et Graecos diligat pariter ac poeta ipse, Graecis ea bona assignat, quae ex hac divina stirpe eventura sunt. Itaque opus est, ut Danaides transmittantur in Graeciam, id quod bello Danai cum Aegypto consiliisque Minervae efficitur. Jam vero opus est nuptiis et amore: itaque Veneris incipit negotium. Atqui excitatum est illud bellum et odium voluntate divina, quae parum facile exstinguitur, itaque reliquae Danaides maritos occidunt, sola Lynceum servat Hypermnestra, amore mollita (Pr. 865), et haec regium paritura est Argivorum genus, (Pr. 869), haec proavia Herculis (Pr. 871) et Persei. Huius a patre in

vincula conjectae causam agit Venus eamque liberare jubet, id quod satis patet e fragmentis tragoediae ultimae.

Mira arte haec omnia in Supplicibus significantur. Si loci illius, quem modo attuli, recordaberis, Jovem in rebus omnibus gubernare momentum trutinae, intelliges, quomodo hoc in tota trilogia sit expressum. Cogita tibi in altera lance Minervae auctoritatem, in altera auctoritatem Veneris, quarum illa res in Aegyptiis, haec in Danaidibus dirimit. Vides, quam egregie institutum sit, quod in dramate medio omnia repetuntur a Jovis auctoritate. Pertinet vero, ut par est, nominum illorum auctoritas etiam in Supplices, id quod summa aequalitate distributum est. In Supplicibus enim semel invocatur Minerva, idque ineunte tragoedia, ubi mentio fit eius templi (144): precantur Danaides, ut virgo virgines tueatur. Semel invocatur etiam Venus, idque in extrema tragoedia, ubi nonnullarum puellarum animus mollescit, 1035 (ubi quod ei opponitur numen Dianae aptissime factum esse quisque judicabit, manet enim reliquarum animus atrox virisque inimicus). Praeterea in priore, eaque maiore, tragoediae parte revera solius vigere videmus Minervae potentiam, quam cernimus in forti puellarum animo, quo mortem et miseriam malunt, quam nuptias, velut 392, 465. Contra versus finem fabulae sensus omnis quodammodo mollescit, praeconem excipiunt ingenti pavore, velut 738, 779, 825 cett., summamque Veneris potentiam ipse adumbrat Danaus, 1000—1005. Pollicentur puellae sese restituras esse cupidini, nisi quid novi placuerit dis, (εἴ τι μὴ θεοῖς βεβούλευται νέον, 1015). Sed hoc ipsum factum est in Hypermnestra.

Jupiter in omnibus adoratur chori canticis, saepius

etiam, quam in aliis tragoediis, maxime vero et splendidissime in eo, quod in media positum est tragoedia. Jovis voluntatem his omnibus ratam fieri saepissime per totam tragoediam indicatum est, et primum quidem (v. 86—110) arae confidunt virgines, modo haec revera sit Jovi dicata (*εἰ θείη Διὸς εὖ παναληθῶς*, 85, ubi nihil mutandum): Jovis enim voluntatem non posse manere irritam, sed esse eventuram, quamvis caligine obscuratam (92), quamvis cum magna clade mortalium (88) per dolosam superbiae ultionem (110). Apertum est in his caedem Aegyptiadarum innui a poeta, nesciis ipsis, quantum valeat id quod dicunt, puellis. Quia quod e Jovis voluntate egerunt sibi consciae sunt, certissime sperant bonum eventum, *τελευτάς προευμενεῖς* (140), quia Jupiter nunquam genus suum obliturus sit (172, 531), quia etiam Inachi filiam Io per summa mala ad beatitatem perduxerit Jupiter (571, 599, 1065): confisae praeterea legibus eius supplicum tutoris 345—437. Bene vero hoc etiam aliae sentiunt Danaidum, Jovis voluntate juberi etiam nuptias cum filiis Aegypti: si hoc verum futurum sit, id modo agentes, ut in ipsis nuptiis sibi libertatem et potentiam a Jove precentur: *Διὸς οὐ παρβατός ἐστιν μεγάλα φρὴν ἀπέρατος. Μετὰ πολλῶν δὲ γάμων ἅδε τελευτὰ προτεραῖν πέλοι γυναικῶν* (1043, 1056, 1069—1074), quamquam cum aliae acerbissimo nuptiarum odio iis repugnent, ne id quidem contendere audent, se certo perspicere, quid constituturus sit Jupiter, 1058.

39.

Persae.

Cum hae duae, de quibus diximus, trilogiae conje-

ctura sint compositae, Thebais admodum probabili, Danais certa: jam habemus trilogiam historico testimonio designatam, qua plerique putaverunt esse evictum, vel diversissima argumenta in trilogiis ab Aeschylo esse conjuncta. Nos quidem sententiam de hac re nec possumus nec volumus retinere, antequam vero de iis dicemus, quae nonnisi conjecturis construi possunt, ea exponemus, quae certa sunt et ex ea, quae nobis servata est, tragoedia clarissime patent.

Certa lege res humanas adornant superi, certa lege omnia distribuerunt. Ita Persarum populo dominatum Asiae totius (763) gloriamque bellorum terra gerendorum assignavit Jupiter (*θεόθεν κάτα μοῖρ' ἐκράτησεν τὸ παλαιὸν, ἐπέσκηψε δὲ Πέρσαις πολέμους πυργοδαΐκτους διέπειν ἱππιοχάρμας τε κλόνους πόλεων τ' ἀναστάσεις* 101—107). Hanc gloriam reges Persarum affectaverunt, hac voluntate deorum favorem retinuerunt (772), ideoque incolumem a malis cladibus servaverunt potentiam (*Δαρεῖος ἀβλαβὴς τόξαρχος* 555, 164, 652, 711, 855). Hac gloriae portione a superis concessa, hac *μοίρᾳ* sua parum contentus fines sibi praescriptos excessit Xerxes, Persas trans mare duxit (65), navigationem docuit (108), omne imperii robur seseque ipsum ratibus commisit (112, 129, 552). Quae superbia, id quod sapientes Persae seniores praesagiunt (10, 114) efflorescens fert fructum perniciei (821), quia Xerxes, maius aliquod affectans, genio, qui ei praesens erat, mutato magnam prosperitatem perdidit: Jupiter enim superbos hominum animos castigat et coercet (825—828, 251). Dii, et prae ceteris Neptunus, quos superare voluit vincto Bosporo (750), eum in cladem trudunt, (742), antea ei amice blandientes, sed hoc ipso artificio eum decipientes et per-

brorum auctoritatem restituendus sit Glaucus marinus pro Potniensi, reputet is, quantum hac mutatione lucremur, reputet is, in omnibus reliquis tetralogiae dramatis adesse vatem, Phineum, Darium, Prometheum, e quorum societate non tam facile expelles quartum vatem, Glaucum marinum. Misso jam dramate satyrico consideremus hos vates eorumque vaticinationem. Nonne mirum est, quod in quavis fabula ex uno trium illorum regnorum, in quae mundus est divisus, vates unus procedit? Darius e terra, ab inferis, huius favorem Graecis annuntians cum in omnibus, quae loquitur, tum v. 792, Glaucus e mari, maris marinoramque deorum benevolentiam ostendens. Phineus quidem est homo, sed Phineus propterea oracula profitetur, quia Harpyiae a Boreadis sunt devictae, qui utrique pertinent ad regnum aeris, ut etiam in hoc omnia ita comparata esse appareat, ut prosper inde Graecis contingat eventus. Ne omittamus drama satyricum quod versatur in igni et in Prometheo. Ridiculum est, cogitare de quatuor elementis, quae neque statuebat Aeschylus, neque eorum numinibus gubernatam describere poterat tetralogiam. Sed tria illa regna saepius commemorat, ut quae maxime in oculos cadant ideoque facile a poeta percipiantur et distinguantur (cf. §. 4 et §. 14). Quod his in dramate satyrico addidit ignem: id inde repetendum est, quod ignis vitae et artibus humanis est maxime necessarius. Idem vero ignis Athenas vastaverat, et tamen dii urbem ἀπόρθητον statuerunt (P. 348): itaque hoc ipsum a Prometheo in hoc dramate praedictum esse existimo, splendidiorem e flammis et incendio[293]) urbem esse evasuram.

293) Huc optime referes fr. 176 ubi Satyro perniciosam vim flammarum describit Prometheus.

Praeterea fortasse sacrum in prytaneo Athenarum ignem accendit ludisque in quibus faces cursu portabantur futuram Graecorum et imprimis Atheniensium celebravit victoriam. (Welck. Tril. p. 507.)

40.

Psychostasia.

Cum his trilogiis si alias comparaverimus, de earum etiam institutione probabilia effici poterunt. Sed ab iis abstineo, ne incerta proferam, unam tantum monens videri fuisse simillimam trilogiae Danaidum. Cum Psychostasia optime conjunguntur tum Jaculatrices tum fabula qua Achillis mors (fr. 264, quod e Psychostasia desumtum esse non potest, cf. Welck. Tril. p. 437) erat exhibita. Vide jam, quaenam in hac trilogia numina egisse videantur. In Psychostasia introducebantur Aurora et Thetis, quarum utraque Jovem precatur, ut filium servet (fr. 263). Aurora dicebatur Cissia, Cissiae dicuntur Amazones ex oriente profectae (Ch. 423) in Amazonum rebus versabatur tragoedia Jaculatrices, in hac igitur Auroram esse invocatam verisimillimum est. Contra in ultima tragoedia agit Achilles, cuius matrem, reginam illam Nereidum (Arm. judic. 165), carminibus imploratam esse facile concedes. Sed neque Aurora neque Thetis est ex eorum numero numinum, quibus pars quaedam summae, quae Jovis est, potentiae conceditur. Itaque neque Auroraē Amazones, neque Thetidi Achillem servare licet. Utriusque fata adornat Jupiter, qui idem in media tragoedia dearum litem dirimit. Utrique deae in hac conceditur aliquid honoris, Aurorae, ut Memnonem abducat

in insulas beatorum [294]), Thetidi, ut in hac pugna filius vincat. Jovis jussum, quo Achilli mors decernebatur, effecit Apollo in fabula ultima, illud vero, quod in dramate primo Amazonum stragem adduxit, mandatum fuisse videtur Dianae, quae etiam apud Homerum (Od. V, 123) Aurorae adversata Orionem interficit, quam in Jaculatricibus partes egisse verisimillimum est, tum propter eam rationem, quam p. 94 indicavi, tum quia e fragmento patet, Actaeonis res ibi esse narratas. Et sicut Actaeonem, cui venatori favebat, perdidit irata, ita etiam Amazones nescio quonam modo offensa privavisse videtur antiqua, qua iis prospiciebat, tutela, Jovisque jussu adjuvisse Achillem in caede Penthesileae, cui postea mulieri pulcherrimae Martisque fratris filiae vitam concesserit beatam e doctrina mystica, ut omnibus, qui in huius tragoediae trilogiis partes agunt principales, Penthesileae, Memnoni et Achilli (cf. p. 62 et Arctin. Aethiopid. l. III et V in Procli Chrestom.), qui omnes sunt divinae originis, vita divina post mortem contigerit.

---

294) Cf. p. 62. Welck. Tril. 432.

Corrigenda.

Pag. 9. l. 10. scr. reddant.
p. 28. §. 4. l. 2. adde: Ag. 555—562.
p. 33. l. 11. scr. rebellarint.
p. 37. l. 17. scr. accepisse.
p. 42. l. 13. scr. §. 31.
p. 51. l. 23. post *Βρότειον* dele punctum.
p. 61. l. 21. *ἀντήλιοι.*
p. 64. l. 1. adde: S. 776.
p. 91. l. 17. scr. dictos.
p. 95. l. 4. *ἱερὸν.*
p. 139. commuta l. 18. cum l. 19.

---

not. 5 adde: ex Hes. Opp. 765.
not. 17. scr. *βία.*
not. 35. scr. *πραπίδεσσιν.*
not. 36. dele punctum post liberandos.
not. 56. l. 6. Eurip. fr. pro Soph. fr. inc. 3.
not. 61. fin. adde: Eum. 1028.
not. 70. adde: Theogn. 702—712.
not. 189. scr. conferas.
not. 279. scr. simile.

TYPIS
C. F. THORMANNI.